## *Capitis quinti Explanatio*

Ha Oc autẽ dupliciter} Ex eo theoremate, cuius confirmationẽ ad calcẽ ſuperioris capitis cõcluſit, videlicet, Omne, quod mouetur, ab alio mouetur, ducit ad aliud, nimirũ, Neceſſe eſt quicquid mouetur, ab aliquo primo tãdẽ moueri, ꝙ ex ſe motũ efficiat nec moueatur, ꝙ ſi moueatur, nõ ab alio externo, ſed à ſe ipſo motũ accipiat. Hoc verò vt oſtẽdat ſumit duo eſſe mouẽtiũ genera: alterum, ꝙ ideo mouet, quia ab alio externo ipſũ impellente mouetur, vt baculus, qui lapidẽ mouet propterea quod manu cietur. Alterũ, quod ex ſe motionẽ efficit non motum ab alio externo, vt animal, cùm lapidẽ mouet.

Theorema philoſophicum.

b Atque hunc quidem} Partitur rurſus id, quod poſteriori modo mouet, in id quod ita mouet, vt ſit primũ poſt vltimum, hoc eſt, quod per vnũ duntaxat medium mouet: & in id, quod mouet ꝑ plura media; quo pacto Socrates interuentu manus baculum, interuentu baculi lapidem ciet. Deinde ait primũ mouens, & media partim inter ſe cõuenire, partim differre: conuenire, quòd omnia ſimul moueant: differre, quod primum primò moueat, atque ita vt à nullo externo motore cieatur; deinde quod magis moueat; cùm poſſit mouere abſque ſecũdo, vt homo abſque baculo, non contra baculus abſque homine.

Primum mouens ꝑrimò & efficacius mouet.

c Si igitur neceſſe eſt} Theorematis, quod paulò ante aſsignauit, veritatem comprobat, oſtenditque neceſſariò in mouentibus deueniendum eſſe ad vnum primum, quod non iam vlteriùs moueatur ab alio. Diſputat autem in hunc modum. Quidquid mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri;

Non dari progreſſum infinitum in mouentibus.

### CAP. V.

Ha *Oc autem dupliciter: aut enim non per ipſum mouentem, ſed per aliud quid mouens mouet, aut per ipſum.* b *Atque hunc quidem aut primum poſt vltimum aut per plura, vt baculus lapidem mouet & mouetur à manu, quæ ab homine mouetur, qui non vltrà mouet quod ab alio moueatur. Vtrumque ſane dicimus mouere, videlicet vltimum mouentem & primum: ſed magis primum, quippe qui vltimũ moueat, non autem hic primum, quin etiam ſine primo vltimus non mouebit, ille verò ſine hoc, vt baculus non mouebit homine non mouente.*

Text. 34. c *Si igitur neceſſe eſt quicquid mouetur ab aliquo moueri, & aut ab eo quod ab alio mouetur, aut nõ ab eo, & quidem ſi ab eo quod ab alio mouetur, neceſſe eſt aliquid eſſe mouens, quod non ab alio primum. ſed ſi tale primum fuerit, neceſſe non eſt alterum eſſe. Nam quod mouet ipſumq́ ab alio mouetur in infinitũ abire nõ poteſt, ſiquidẽ infinitorũ nullũ eſt primũ. Si ergo quicquid mouetur ab aliquo mouetur: primus autẽ mouẽs mouetur quidẽ, ſed nõ ab alio, ipſe*

Text. 35. *à ſe moueatur neceſſe eſt.* d *Hoc etiã modo hãc eandẽ rationẽ licet concludere: quicquid mouet tũ aliquid, tũ aliquo mouet. Aut enim ſe ipſo id quod mouet, aut alio mouet, veluti homo ipſe, aut baculo. Et ventus deiecit aut ipſe, aut lapis quẽ impulit. Fieri verò non poteſt, vt id quod mouet abſq́ eo moueat, quod ſe ipſo mouet. ſed ſi ſe ipſo moueat non eſt neceſſe aliud eſſe, quo mouet. Sin vero aliud ſit quod mouet aliud etiã eſt quod ſe ipſo non aliquo mouebit, aut in infinitum abibitur. Si igitur quidpiam quod mouetur mouet, neceſſe eſt ſtatũ eſſe, & non in infinitum abire. Nam ſi baculus mouet quia à manu moueatur, baculum mouet manus Si verò & hanc aliud mouet, hanc quoque aliud quiddam erit mouens. Cùm igitur aliquo aliud ſemper mouet, id quod ſe ipſo mouet, prius ſit neceſſe eſt. Hoc itaq́ ſi mouetur, nõ eſt autẽ aliud, quod ipſũ moueat, ipſũ ſe mouere neceſſe eſt. Quare hac etiã ratione id quod mouetur, aut protinus ab eo mouetur, quod ſe ipſũ mouet, aut in id, quod*

Text. 36. *huiuſmodi eſt tandẽ acceditur.* e *Sed præter ea, quæ dicta ſunt, ſi hoc quoque modo conſideremus, hæc eadem efficientur.*

Nam

ueri;

ueri: vel igitur id à quo mouetur, mouetur à ſe tantùm, vel ab alio ipſum mouente: ſi à ſe tantùm, iam datur vnum primum mouens, cùm ex ſe moueat, nec aliunde motum recipiat. Quod verò non poſsit ab alio mouente moueri, & rurſus illud ab alio ita vt detur progreſſus in infinitum, ex eo demonſtrat, quia in mouentibus infinitis nullum eſt primum; ſi autem primum non eſt, neque poſtremum, cùm hoc pendeat ab illo. Si autem primum & extremum non ſint, nullus erit motus.

*Nam ſi quidquid mouetur, ab eo, quod mouetur, moueatur, aut hoc rebus ex accidenti conuenit, vt id quidem, quod mouetur, moueat, non tamen quia ipſum ſemper moueatur, aut non, ſed per ſe. Ac primum quidem ſi ex accidenti, non neceſſe eſt moueri id, quod mouet. Quod ſi hoc ſit, perſpicuum eſt fieri aliquando poſſe, vt nihil eorum, quæ ſunt, moueatur, cùm id, quod accidit, neceſſarium non ſit, ſed poſsit non eſſe. Si ergo id, quod eſſe poteſt, poſuerimus, nihil, quod eſſe nō poſſit, efficietur, ſed forſitan falſum. At fieri non poteſt, vt motus non ſit, cùm antea monſtratum ſit motum neceſſariò ſemper eſſe. f Atque ex ratione hoc euenit. Nam tria neceſſe eſt* Text. 37. *eſſe, id quod mouetur, id quod mouet, & id quo mouet. Id igitur, quod mouetur, neceſſarium quidem eſt moueri, at mouere neceſſarium non eſt. Id autem quo mouet, & mouere & moueri. Cùm enim ſimul ſit cum eo, quod mouetur, vnà cum ipſo mutatur. Quod in his, quæ loco mouent, perſpicuum eſt, cùm vſque ad aliquid neceſſariò ſe tangant. At quod ſic mouet, vt id non ſit, quo mouet, immobile eſt. Cùm igitur extremum id intueamur, quod moueri quidem poteſt, motionis autem principium non habet, & id, quod mouetur quidem, ab alio autē non à ſe ipſo, rationi conſonum eſt (ne dicam neceſſarium) tertium quoque eſſe, quod immobile cùm ſit, mouet. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit, mentem inquiens impatibilem eſſe, & non miſtam, quippe cùm motus principium eā faciat. Hoc enim ſolum modo immobilis manens mouebit, & miſtionis expers vincet. g At ſi non ex accidēti, ſed neceſſariò id quod* Text. 38. *mouet, mouetur, ita vt, ſi non moueatur, non moueat, neceſſe eſt, id, quod mouet, quatenus mouetur, aut eadē motus ſpecie, aut alia cieri. Dico autem vel calefieri id, quod calefacit, & quod ſanat, ſanari, & quod fert, ferri, aut quod ſanat ferri, & quod fert augeri. Sed manifeſtum eſt fieri non poſſe. Dicere enim oportet vſque ad indiuidua diuidendo, ceu ſi quid geometriam doceat, id eandem geometriam doceri, aut ſi iacit, eodem iaci iactus modo. Quod ſi non hoc modo, ſed alio atque alio genere, veluti id quod fert augeri, quod autem hoc auget, ab alio alterari, id vero quod alterat, motu alio quopiam cieri, ſtetur certe neceſſe eſt, quandoquidem finiti ſunt motus.*

*Di-*

d Hoc etiam modo) Quę paulò ante dicta ſunt hoc loco repetuntur. non deſunt qui putent ea non ab Ariſtotele ſcripta, ſed in textum è margine fuiſſe inſerta.

e Sed pręterea) Probat non quidquid mouet moueri, vel enim ex accidēte mouetur, ita ſcilicet vt ab eo, quod mouetur, moueatur, ſed tamen accidentariò eueniat, vt id quatenus mouet, moueatur: vel mouetur per ſe. Si ex accidente, certè nō neceſſariò mouetur; atque adeo ſi ponatur non moueri, nullū accidet impoſsibile: licet enim ex eo quod eſſe poteſt, falſum interdum ſequatur; nunquam tamen ſequitur impoſsibile. At ſi ponamus id nō moueri, tolletur omnis motus, ſiquidem vt aduerſarij volunt, quidquid mouet mouetur. Non igitur dicendum eſt omne id, quod mouet, aliūde moueri.

Ex poſsibili non ſequi impoſsibile.

f Atque ex ratione) Antequam poſteriorem partē inchoatę demonſtrationis concludat, oſtendit dari mouens immobile: ſed enim priùs ſumit tria eſſe in motu; mobile, id quo mouetur, ſiue inſtrumentum, & mouens. Atque id, quod mouetur, non neceſſariò mouere inquit, cùm poſsit non mouere: at inſtrumentum ſimul mouere & moueri; mouere, quia ad id aſſumitur, moueri, quia attingit rem motam, ſaltem vſque ad aliquem terminum (in motu enim locali non ſemper mouens toto motu coniunctum eſt mobili,

Tria, quæ in motu inueniuntur.

bili,

bili, vt in iactu videre eſt) cùm igitur in motu detur aliquid, quod dum mouetur non neceſſariò mouet, item aliquid, quod dum mouet neceſſariò mouetur; conſentaneum rationi eſt, vt detur etiam aliquid, quod moueat, & non moueatur. Corroborat autem hoc Ariſtoteles teſtimonio Anaxagoræ, qui Mentem, quam dixit primò mouere, & ſegregare omnia, miſtionis, motuſque expertem fecit.

g At ſi non ex accidente) Confirmat nunc poſteriorem partem minoris, videlicet non omne, quod mouet, per ſe & neceſſariò moueri. Vel enim moueretur eadem ſpecie motus, qua moueret, vel alia: quorum neutrum dici poteſt. Non primum, quia alioqui ſequeretur eum, qui Geometriam, verbi gratia, docet, debere ſimul ab alio Geometriam doceri: & eum, qui ſaxum voluit, debere etiam volui. Non ſecundum, quia ſpecies motus finitæ ſunt, atque ita neceſſariò dãdus eſt ſtatus, veniẽdũq; ad aliquod mouẽs, quod nõ iam alia ſpecie motus cieatur. *Species motꝰ finitas eſſe.*

h Nam quidquid mouetur) Quia verò diceret quiſpiam non oportere dari infinitas ſpecies motus ſed eaſdem tranſpoſitas, ita nimirum, vt quod loco mouet aliquid, alteretur ab illo, & quod alterat, ab alio augeatur, & quod auget rurſus, ab alio loco moueatur, ſicque in infinitum tranſponendo. Occurrit Ariſtoteles adhuc nihilominus ſequi rem moueri à mouente affecto eadem ſpecie motus. Vnũquodque enim magis mouetur à primo, quam ab intermedio motore. Quare ſi A. mouetur à B. & hoc à C. & hoc à D. magis, A. mouetur à D. quã ab alijs, vt ſi motum localiter mouetur ab alterato, & alteratum ab eo quod augeſcit, & hoc rurſus à moto localiter, rectè ſequitur à primo ad vltimum, vt motum localiter moueatur à moto localiter. *Præoccupatio.* *Vnũquodquē magis moueri à primo, quàm à medio.*

*Dicere autem fieri recurſum, & quod altera ferri: perinde eſt ac ſi quod ferri, & quod docet doceri ſtatim dicatur.* h *Nam quicquid mouetur, à ſuperiori etiam mouente moueri, & magis ab eo, quod in mouentibus primum locum occupat, manifeſtum eſt. Sed fieri hoc nequit cum eueniat, vt id diſcat quod docet, quorum alterum ſcientiam habere, alterum non habere neceſſarium eſt.* i *Abſurdius præterea, quam hæc ſint, accidit, videlicet, quicquid mouere aptum eſt, mobile eſſe ſi quicquid mouetur, ab eo mouetur, quod mouetur. Erit enim mobile, perinde atq; ſi aliquis dixerit, quicquid ſanare poteſt, & ſanat, ſanari poſſe, & quicquid ædificare aptum eſt, ædificari poſſe aut continuo, aut per plura. Ceu ſi quicquid mouere aptum eſt, ab alio mobile ſit, non quidem eo motu, quo id mouet, quod ſibi propinquum eſt, ſed alio, vt ſi quod ſanare aptum eſt diſcere poſſit. At hoc aſcendendo in eandem vt diximus ſpeciem aliquãdo perueniet. Horum igitur alterum fieri non poteſt, alterum figmentum eſt, cũ abſurdũ ſit id quod alterãdi vim habet, poteſtatẽ, vt augeatur, neceſſario habere.*

Text. 39. K *Non ergo neceſſe eſt id, quod mouetur, ab alio ſemper moueri, quod & ipſum moueatur. Quamobrem ſtatus erit. Quare quod primò mouetur, aut ab eo mouebitur, quod quieſcit, aut ipſum ſe mouebit. Quin etiam ſi conſiderare oporteat, vtrum motionis cauſa ſit & principium, idne, quod ſe mouet, an quod ab alio mouetur, illud profectò quiuis ponet. Nam*

i Abſurdius præterea) Repetitio eſt eiuſdem rationis, qua poſteriorem aſſumptionis partem confirmauit, etſi nunc magis vniuerſim procedat. Ducit ergo ad illud incommodum, ſi omne quod mouet, per ſe mouetur; quia videlicet oporteat ea quæ mouentur, aut alia & alia motus ſpecie affici abſq; termino, quod figmentum eſt; aut ſemper id quod mouet eandem ſpeciẽ motionem ſubire, vt ſanari id, quod ſanat, ſiue ab alio proximè ſanitatem capiat, ſiue mediatè, vt cùm ſit recurſus ad eundem motum propter ſpecierum finitatem, vt paulò ante dictum fuit. *Quòd ſequatur incōmodum ſi omne quod mouet, per ſe moueatur.*

k Nõ ergo neceſſe) Ex ijs, quæ hactenꝰ diſputata sũt, cõcludit nõ oportere id, quod mouetur, moueri ſẽper ab alio, ꝙ aliũde motionẽ accipiat, nec dãdã in infinitũ progreſsionẽ, ſed in aliquo tãdẽ cõſiſtẽdũ. Tũ ſubdit id, quod ita mouet, vt ab alio nõ moueatur, eſſe principe motus cauſam; quãdoquidẽ quod per ſe tale eſt, id eſt magis tale, quã quod alterius beneficio tale eſt. *Mouens immobile eſſe principē motus cauſam.*

l Quare alio sũpto) Aggreditur ad explicãdũ ſi quid ſe moueat, quo nã pacto ſibi ipſi motus cauſa eſſe queat. Ac primũ ſumit, omne mobile, & in infinitũ diuiſibile & cõtinuũ eſſe: ꝙ demõſtratũ fuit lib. 6. huius operis, vbi effata ad cõmunẽ de motu diſciplinã ptinẽtia ex ꝓfeſſo tradita sũt. Deinde ꝓponit modos oẽs, quibus cõcipere animo poſsimus aliquid ſe ipsũ mouere; videlicet *Quonã modo ſiquid ſe moueat, ſibi ipſi motꝰ cauſa eſſe poſſit.* *Varij modi mouendi ſe.*

delicet quod aut totum moueat totum, aut pars totum, aut totum partem, aut pars partem.

m Fieri igitur nequit } Reijcit primum modum, quia ſi totum poteſt totum mouere, ſequeretur idem eâdem ſpecie lationis ferre & ferri poſſe, eadem alteratione alterare, & alterari, atque adeò docere, & doceri, ſanare & ſanari: quod tamen fieri non poſſe liquet ex eo, quia eadem res ſecundum eandem formam eſſet in actu & poteſtate ſimul.

Nō poſſe totum mouere totum.

n Prȩterea definitum eſt } Iure à ſe fuiſſe excluſum primum membrum oſtēdit ex ipſâ motus natura, quȩ cùm ſit actus entis in poteſtate, vt in poteſtate eſt, conſiſtit in quodam progreſſu ad actū, & perfectionē; id verò, quod mouet, qua tale, ſuam perfectionē, actūq. poſſidet. Quo fit vt nullum totum ſecundum eandem formam poſſit eſſe mobile & mouens ſimul.

Omne mouens, qua tale, eſſe ī actu.

o Eius igitur } Oſtendit non poſſe aliquid totius ſic mouere totum vt vtraque eius pars ab vtraque moueatur; alioqui ſequeretur non dari in eo vnum aliquod primum mouens, in quo tamen neceſſariò conſiſtendum eſt. Conſecutio autem probatur, quia vtrunque foret primum, aut neutrum primum foret; quandoquidem id primum eſt, quod alia mouet, & id, quod ab alio mouetur, primū non eſt, vt ſuperiùs dictū fuit, ſiue loquamur de mobilibus, quȩ in ſe ſui motus cauſam habent, ſiue de ijs, quȩ ab externo motore ciētur.

*Nam quod per ſe cauſa eſt eo eſt prius, quod eſt per aliud.*

l *Quare alio ſumpto principio hoc diſpiciendum eſt, ſi quid ſe moueat, quonam modo ſe moueat. Sane neceſſe eſt quicquid mouetur, in ſemper diuidua diuiduum eſſe. Hoc namq; ante monſtratum eſt in his, quæ vniuerſim de natura, videlicet quicquid mouetur per ſe, continuum eſſe.* m *Fieri igitur nequit, vt quod ſe mouet, omni ex parte ſe moueat. Namque vnum eadem & indiuidua ſpecie latione totum ferretur & ferret, alteraretur & alteraret. Quare doceret, & doceretur ſimul, & eadē ſanitate ſanaret & ſanaretur.* n *Præterea definitum eſt id quod mobile eſt, moueri. Hoc vero cum mouetur poteſtate eſt non actu. At quod poteſtate eſt, ad actum proficiſcitur, rei autem mobilis actus imperfectus eſt motus, quod vero mouet actu eſt, vt quod calidum eſt calefacit, & omnino id generat quod formam habet. Quare idem eodem calidum ſimul erit, & non calidum, ſimiliter & aliorū vnū quodque, quorum mouens habere id neceſſe eſt, quod eiuſdem nominis ſit ac rationis.* o *Eius igitur, quod ſe mouet, aliud mouet, aliud mouetur. Fieri autem non poſſe, vt ſe quidpiam ita moueat, vt ab vtroque vtrunque moueatur, ex his manifeſtum eſt. Nihil enim primum mouens erit, ſi vtrunq; vtrūque mouerit. Nā quod eſt prius magis cauſa eſt, vt moueatur, quam id quod hæret, atq; etiam magis mouebit. Etenim bifariam erat mouere, aliud quidem quod ab alio ipſum mouetur aliud vero ſe ipſo.* Text. 40. Text. 41.

*Quod*

p Prȩterea neceſſe nō eſt } Quia ſtatuerat ātea dari mobile, quod non aliūde, ſed à ſe moueatur, docet non propterea id ita ſe habere quòd vtraque eius pars vtranque moueat: oſtenditq; ſi A. verbi gratia, moueat B. non neceſſariò ab illo moueri, etſi per accidens ab eodem moueri queat. Vnde fit vt poſsit ab illo non moueri, quandoquidē id, quod per accidens eſt in vtrāque partem cadere nō repugnat. Itaq; nihil cenſendum erit mouere ſe, quod vtraque illius pars alteri motum inferat, ſed quia vna eſt mouens non mota, altera verò ita motum recipit, vt non neceſſariò efficiat.

q At neque neceſſe eſt ) Rurſus probat non propterea aliquid ſe mouere quod vtraque pars vtranque moueat; primùm quia, vt dictum fuit, non ſemper mouens ab alio mouetur, ſed aut motu vacat, aut ſe ipſum mouet, alioqui abeundum eſſet in infinitum, nec daretur in motoribus ſtatus, vnde fieret, vt contra id, quod paſsim experimur, omnis motus è natura rerum tolleretur. Deinde quia, vt eſt etiam ſuperiùs traditum, nihil ita ſe mouet, vt totum moueat totum, at ſi vtraque pars eâdem motione, qua mouet, moueatur, cùm in eo euentu vtraque ſibi ipſi motum allatura ſit, perinde erit, aut certe nihil obſtabit quominus totum moueat totum, & idem ſe ipſum omni ex parte calefaciat, aut ſanet.

Si eſſent infiniti motores nullum motum futurū.

r Atqui nec eius } Excludit modū aliū, quē excogitare quis poſſet, nimirū mouere aliquid ſe, quod vna, aut plures partes ſe ipſas moueāt, ita vt earum merito totū ſe ipſum mouere perhibeatur. Nam ſi totum ob vnam, aut plures partes, ſibi ipſis motum afferentes à ſe ipſo

moueri

moueri poſſet; aut moueretur ab aliqua parte, quę ſe moueret, aut ſicut totum à toto, moueri diceretur. Si detur primum, vtique illa pars ſe ipſum primò mouebit, iamque totum non cenſebitur mouere primò ſe ipſum. Si poſterius, certè partes ex accidente ſe mouebunt, quo pacto quęlibet continui pars merito totius per accidẽs mouetur. Quare poterunt partes à motu ceſſare, cùm nihil obſtet quo minus id, quod ex accidente eſt, non ſit. Non eſt igitur aſſerendum totum mouere ſe, quia vna, aut plures eius partes ſe moueant.

s Ipſius ergo) Ex ijs, quę diſputata ſunt, colligit cùm aliquod totum ſe ipſum mouere dicitur, ſemper in eo dari partem vnam, quę moueat, & immobilis permaneat; aliam ſiue alias, quæ motum excipiant; atque hac ſolummodo ratione poſſe quid, iam ſe ipſum mouere. Quod inſuper explanat aiens, Cùm A. B. dicitur mouere ſe, moueri tum à ſe ipſo tum ab alio; videlicet à ſe ipſo, quatenus non ab externo motore agitur, ab alio, quatenus eius pars, quę motum efficit, à toto realiter diſtinguitur. In omni toto ſe mouente datur vna pars, quę alias moueat.

*Quod autem magis à re, quæ mouetur, diſtat, principio propinquius eſt, quàm medium.* p *Præterea neceſſe non eſt id, quod mouet, moueri, niſi à ſe ipſo. Reliquum igitur ex accidẽti contra mouet. Accipi igitur poſſe non mouere. Quamobrẽ aliud erit quod mouetur, aliud quod mouet immobile.* q *At neq; neceſſe eſt id, quod mouet, contra moueri, quin potius neceſſe eſt, vt vel immobile aliquid moueat, aut quod à ſe mouetur, ſiquidem motum eſſe ſemper oportet. Eo etiam, quo mouet, motu moueretur, quare calefaciens calefieret.* r

Text. 42. *Atqui nec eius, quod ſe primum mouet, aut pars vna, aut plures ſe ſe mouebunt. Nam ſi totũ à ſe mouetur, aut ab aliquo ipſius, aut totum à toto mouebitur. Si igitur quia eius pars aliqua à ſe moueatur, ea profecto id erit, quod primum ſe mouet, quia ſi ſeparetur, ipſa ſe mouebit, totum autem minime. At ſi à toto totum moueatur, hæ ex accidenti ſe ipſas mouebũt. Quare ſi non neceſſario, ſumãtur non moueri à ſe ipſis.* s *Ipſius ergo totius alia pars immobilis manens mouebit, alia mouebitur. Hoc enim tantum modo fieri poteſt, vt aliquid ſe moueat. Præterea ſi totum ſe mouet, aliud ipſius mouebit, aliud mouebitur. Ipſum igiur A. B tum à ſe ipſo, tum ab ipſo A. mouebitur.* t

Text. 43. *Cùm autẽ aliud moueat, quod ab alio mouetur, aliud vero, quod immobile eſt: & quod mouetur, aliud mouet, aliud nihil mouet:* v *id quod ſe mouet ex immobili mouente, & eo, quod mouetur (non mouet autem neceſſario, ſed vt contingit) conſtare neceſſe eſt.*

t Cùm autem illud) Oſtendit in õni mobili, quod ſui motus cauſa eſt, duas illas partes reperiri, de quibus proximè egimus, mouentem immobilem; motam, & quę non neceſſariò mouet. Hoc autem vt apertiùs euadat tradit varia genera mouentiũ, & mobilium. Atq; in primis duo genera mouentium; alterum quod mouet, & eſt expers motus; alterũ quod mouet, & ab alio mouetur. Deinde ſubijcit alia etiam duo genera mobilium, vnum, quod ita mouetur, vt ſimul moueat aliud, quod nullum motum efficit. Quę varietas quadripartita ad tria membra reuocari poteſt, quia duo in vnum recidunt, nimirum mouens quod mouetur, & mobile quod mouet. In omni mobili, quod à ſe mouetur dari partem mouentẽ, & partem motam.

v Id quod ſe mouet) Tria genera proximè tradita reperiri ait in eo, quod ſe mouet; licet duo tantùm neceſſariò inueniri debeant, diſputatque in hunc modum. Sit A. mouens immobile. Sit B. id quod mouetur ab A. & mouet C. quod C. ita moueatur à B vt nihil iam vlteriùs moueat: hoc totum A. B. C mouebit ſe ipſum, cùm vna eius pars moueat immobilis, alia moueatur. Cùm vero tres partes ſint, duabus manentibus, quarum vna moueat, & non moueatur; altera vero moueatur, ſiue moueat, ſiue non, & tertia dempta adhuc nihilominus ſe ipſum mouebit: at ſi duæ illę non manſerint vna ſublata non mouebit ſe ipſum. Si ergo C. auferatur à B. ſe ipſum mouebit, cùm eiuſmodi partes in ſe contineat, ipſum vero. C. nec ſe mouebit, nec mouebitur, cùm abiunctum ſit ab illis, à quibus motum accipiebat. quod ſi A. fuerit ablatum, id quod reſtat, nimirum B. C non mouebit ſe ipſum, quandoquidẽ B. non mouet. C. niſi quia ab A. mouetur. Tantum igitur dempto C. id quod relinquitur ſe De eo, quod ſe mouet.

mouet, cuius quidem vna pars ſic motum efficit, vt immobilis ſit, altera ita mouetur, vt neceſſariò non moueat. Quare planum eſt id, quod ſe mouet, neceſſario eiuſmodi partes in ſe continere.

Inter quę mouentia, & mobilia requiritur mutu9 cō tactus.

x Quę quidem aut ſe mutuò) Explicat quo nam modo partes illę, nempe mouens, & mota, quoad ſitum ſeſe habere debeant, aitque illas aut ſe mutuò tangere, aut vnam duntaxat ab alia tangi. Nam cùm mouens & motum debeant ſimul eſſe, oportet inter id, quod mouet, & mouetur, dari mutuum contactum, qualis eſt inter ignem & aerem proximum, quem calefacit: vel ſaltem vnum tangere alterum, etſi tangendi reciprocatio non detur, vt videre eſt in mouentibus materia vacantibus, verbi gratia, in anima & intelligentijs orbium cœleſtium motoribus, quę cùm ſuę virtutis influxu, & quaſi tactu mobilia tangant, ab eis tamen non tanguntur.

Quopacto totū conſtās parte vna mota, & altera immobili dicatur mouere ſe.

y Quod ſi id quod mouet) Quoniam, vt dictum eſt, in eo, quod ſe ipſum mouet, datur vna pars immobilis, altera mota, quę non neceſſariò mouet, declarat etiam nunc qua ratione totum hiſce partibus conſtans ſe ipſum mouere perhibeatur: ſumitque vtranque partē continuam, & magnitudine prędită eſſe. Nā quod pars mota, ſiue mobile tale ſit, conſtat ex libro 6. huius operis: de mouēte autem idē ſupponit hoc loco, antequam rei veritas demonſtratione eluceat: pręſertim cùm ad pręſens inſtitutum nihil attineat vtrum ita ſe habeat, an nō. Hac hypotheſi pręmiſſa, quia toti, cui duæ illæ partes inſunt, tria cōueniunt, mouere, moueri, & mouere ſe ipsū, docet hoc poſtremū non ei attribui, quod aliqua eius pars ſe ipſam moueat: ſed potiùs ipſum totum eſſe, quod mouet, & quod mouetur, non quia moueat totum, aut à toto moueatur, ſed quia id, quod mouet, & quod mouetur, ſunt aliquid ipſius, & vnum ciet alterum, ita vt illud alterum non neceſſario motum edat.

*Sit enim A. mouens quidem, ſed immobile, B. autem & moueatur ab A. & moueat C. quod moueatur quidem ab ipſo B. ſed nihil moueat. Siquidem enim & per plura interdum in C. veniat, ſit per vnum ſolum. Totum igitur A.B.C. ipſum ſe mouet. ſed ſi C. abſtulero, A.B. ſe ipſum mouebit, cùm A. ſit mouens, B. id quod mouetur. At verò C. non mouebit ſe ipſum, nec omnino mouebitur: ſed nec B. C. ſe ipſum ſine A. mouebit, quandoquidem B. mouet, quia ab alio moueatur, non quia à ſui ipſius parte vlla. Solum igitur A. B. ipſum ſe mouet. Neceſſe eſt itaque id quod ſe mouet, mouens immobile habere, & id quod mouetur, nihil autem mouet neceſſariò, x quæ quidem aut ſeſe mutuò contingant, aut alterū alterum. y Quod ſi id quod mouet continuum ſit, quod enim mouetur neceſſario eſt continuum, conſtat totum ſe mouere, non quia eius aliquid tale ſit, vt ipſum ſe moueat, ſed quod totum ſe mouet, mouetur que & mouet, quod id quod mouet, & id quod mouetur ipſius ſit aliquid. Non enim totum mouet, nec totum mouetur, ſed A. quidem mouet, B. autem tātum mouetur, ipſum autem C. non vlterius à B. fieri enim nō poteſt. z Dubium autem eſt ſi aut ipſius B. quod mouetur,* Text. 44 *quiſpiam aliquid auferat, an reliquum, ipſius A. mouebit, aut quod ſupereſt ipſius B. mouebitur. Nam ſi hoc fiat, non primum profectò à ſe ipſo A. B. mouebitur, cum facta ab A. B. detractione id, quod eius reſtat, adhuc ſe ipſum moueat.*

*An*

Dubium.

z Dubium autem eſt) Dubitationem quandam proponit ex dictis oriundam, nimirum ſi in ipſo ſe primùm mouente, quod ſit A. B. duę inſunt partes, vna mouens immobilis, quę eſt A, altera mota, nēpe B. nū detracta aliqua portione parti ipſi mouenti, quę ſit cōtinua, & altera itē portione ablata parti motę, quę cōtinua eſt, nū inquā partes, quę manēt, adhuc ſic affectę eſſe debeāt, vt vna nihilominus moueat, & altera moueatur: ſi enim ita ſit planè ſequitur mouens A. B. ante detractionē non primò mouere ſe ipſum, cùm idem pręſtet dimiſſa parte.

Reſpōſio ad propoſi. dub.

a An vtrunque) Diluit propoſitā dubitationem aiens nihil obſtare quo minus id, quod ob continuitatē poteſtate diuiduum eſt, nequeat ad diuiſionis actum perduci, vt patet in corpore ſolari. Itē fieri poſſe vt id, quod in tanta quantitate mouet, aut mouetur, in minori nequ

conſi-

conſiſtere, nec proinde mouere, aut moueri queat; cùm res naturales quoad minimum definitę ſint. Idem videre licet in corde, quod ſectum motricem vim amittit. Quare nihil prohibet ſecundum hanc conſiderationem deſignari aliquid ſe ipſum primò mouens, quatenus videlicet notari poteſt quantitas, in qua eius pars mouens & pars mota non iam munia ſua obire valeant.

a *An vtrumque, aut alterum, nempe id quod mouetur, poteſtate quidem diuiduum eſſe nihil prohibet, actu autem indiuiduum, & si diuiſum fuerit, non eamdem vltra poteſtatem habere. Quare nihil obſtat, quominùs in diuiduis poteſtate primum habeatur.* b *Ita primum mouens immobile eſſe ex his quæ diximus manifeſtum eſt. Seu enim quod mouetur, ab aliquo autem mouetur, in immobili primo conſiſtat, seu in eo, quod mouetur quidem, ipſũ verò ſe mouet, & conſiſtit, vtroq; ſane modo euenit, vt quod primum mouet in omnibus, quæ mouentur, ſit immobile.*

b Ita primum mouens) Ex ijs, quę hactenus de mouentium, & mobilium ſtatu, ratione que diſſeruit, colligit id, quod ſuſceptę diſputationis ſcopus fuit, videlicet, quod primum mouet in omnibus, quę mouentur, immobile eſſe oportere: ſiquidẽ oſtenſum fuit nõ omne, quod mouetur agitari ab alio, quod vlteriùs ab alio motum capiat; ſed conſiſtendũ in vno aliquo, quod ſi ſit vltimum mouens, motu vacet; ſi verò non ſit, haud iam ab externo aliquo motore pulſetur, ſed in ſe ſui motus cauſam habeat, ita vt vna pars motum edat, nec ab alia moueatur; cęterę verò eundem motum excipiant, nec neceſſariò moueant. Primum mouens debere eſſe immobile.

## QVÆSTIO I.

## NVM ARISTOTELES RECTÈ OSTENderit eſſe in mundi vniuerſitate vnum motorem primum.

### ARTICVLVS I.

### RECTE ID AB ARISTOTELE demonſtratum.

QVibus rationibus probetur eſſe vnum mundi principem Deum. 12. lib. Metaphyſicæ cũ Ariſtotele fuſiùs pertractandum erit. Nunc paucis expendemus num Ariſtoteles cap. 5. huius libri, & cap. 2. libri. 2. Metaphy. rectè oſtenderit deueniendum eſſe ad vnum primum motorem. Ratio Ariſtotelis. Porro tota eius probatio ex his duobus locis collecta in hunc fere modum concluditur: ſi non eſſet vnus primus motor, omnis cauſalitas cauſarum eſſentiali ſubordinatione mouentium, atque adeò omnis earum effectus tolleretur:

Natura cauſarum, quę eſſentiali ſubordinatione mouent.

leretur: hoc autem eſt apertè falſum, ergo & illud. Maior ita probatur. In omnibus cauſis mouentibus eſſentialiter ſubordinatis prima eſt cauſa mediæ, & media vltimæ, ſiue mediæ plures ſint, ſiue vna dũtaxat: remota autem cauſa remouetur id, quod ab ea pendet. Ergo ſi non datur prima, nec erit media, nec vltima, nec vllus effectus. Quòd autem in cauſis eſſentialiter ſubordinatis prima ſit cauſa mediæ, ſiue mediarum, hunc in modum oſtenditur. Sumatur tota multitudo cauſarum mouentium præter eam, quæ immediatè attingit effectum; quærimus num in tota illa multitudine ſit aliqua cauſa mouens, & non mota; an quælibet ita moueat, vt ab alia moueatur: ſi detur primum, iam dabitur vna prima cauſa, quæ non aliunde motionem accipiat, & tamen ipſa alijs motionem afferat; ſiquidem omnes aliæ cauſæ inter ſe ita cohærent, atque ordinatæ ſunt, vt poſterior à priore motum accipiat: ſi detur ſecundum, tota cauſarum collectio erit mouens & mota. Sed hinc ſequitur extra illam multitudinem neceſſariò exiſtere aliquam cauſam, à qua cæteræ omnes moueantur, & quæ ex ſe expers motus ſit: ergo vtrumlibet dicatur, non poterit non dari prima illa cauſa, quam inueſtigamus.

Sequi verò id quod dicimus, nempe extra illam multitudinem exiſtere talem cauſam, dupliciter oſtendi poteſt: primùm quia ſi omnes illæ cauſæ mouent, & mouentur, omnes ſunt inſtrumentales: at inſtrumentales eſſe non poſſunt, niſi ab alia principe cauſa cieantur. Deinde quia eadem ratio eſt in tota multitudine, quæ in ſingulis cauſis: quare ſi quælibet vindicat aliam à qua moueatur, etiam tota multitudo aliam ſeorſum poſitam, à qua motum recipiat, vindicabit. Quo patet non dari in mouentibus eſſentialiter ſubordinatis infinitum progreſſum; ſed exiſtere vnam primam cauſam mouentem, à qua cæteræ moueantur. Ita ferme ſeſe habet ratio Ariſtotelis, quæ ſane optima eſt; eaque vtitur D. Thomas. 1. Contra gentes cap. 13. & Scotus in quodl. quęſt. 7. eandemque interpretes communi conſenſu approbant.

## ARTICVLVS II.

## REFVTATIO OBIECTIONIS CONtra demonſtrationem Ariſtotelis.

Obiectio.

OBijciet tamen aliquis futilem eſſe conſecutionem illam, quã intulimus, nimirum ſi quælibet cauſa infinitæ multitudinis habeat aliam à qua moueatur, neceſſario ipſam quoque multitudinem debere vindicare aliam ſeorſum conſtitutam, à qua motũ excipiat. Nam quòd à rebus diuiſim ſumptis ad totam collectionem non valeat conſecutio; in multitudine numerorum videre eſt: non enim ſi quilibet ab alio ſuperatur, iccirco oportet dari vnum, à quo

tota

tota numerorum multitudo vincatur.

Lege Ferr. c. 13. lib. 1. cõtra gent.

Huic obiectioni occurrendum eſt cum Capreolo in 1. d. 3. q. 1. rationem illam non concludere vi formæ, ſed in ſubiecta materia duntaxat. Etenim cùm multæ cauſę mouent ſimul & mouentur, non ſolùm quælibet earum, ſed etiam tota collectio, quatenus mota, eſt in poteſtate ad motionem ſubeundam: quod autem ita in poteſtate eſt, requirit aliam cauſam in actu conſtitutam, à qua excitetur, & in actum perducatur; hæc autem eſt cauſa mouens non mota. Reſponderi etiam poteſt cum Caiet. 1. par. q. 2. art. 3. (quod in idem ferme recidit) ideo diuerſam eſſe rationem in numeris & in cauſis ſimul mouentibus, ac motis; quia cauſa proxima, ſiue cohærens cum effectu habet cauſalitatem completam, cùm re ipſa effectum producat, quę alioqui producere non poſſet: non obtineret autem completam, ſeu perfectam cauſalitatem, ſi penderet in cauſando ab alia ſuperiori cauſa, & illa ab alia, ſicque in infinitum, quia infinitus aſcenſus & deſcenſus repugnant complemento, & abſolutioni. Ex quo ſequitur neceſſariò deueniendum ad aliquam cauſam ſuperiorem, qua proximæ cauſæ vis & efficacitas compleatur; quæ cùm inter eas, quę mouentur, non occurrat, vtique extra illas quærenda erit. Quibus patet quanuis illa argumentandi formula à ſingulis ad totam multitudinem non valeat in numeris, valere tamen in re propoſita, ideſt, in cauſis, quæ ita mouent, vt moueantur.

Dilutio. 1.

Dilutio. 2.

### *Capitis ſexti Explanatio.*

Qvemadmodum in ſingulis, quę ab ſe mouentur, oſtendit dari vnum quid immobile, à quo in reliquas partes motus deriuetur; ita nunc ex tota ratione motus, qui in natura conſpicitur, probat dandum eſſe vnum primum motorem omni motu, mutationeque vacantem, ac ſempiternum. Concludit ergo inprimis motoris perpetuitatem ex eo quia ſemper fuerit motus, qui abſque mouente eſſe nequit; ſiue is motor vnus ſit, ſiue plures, ſiue alia etiam mouentia ęterna habeantur, ſiue non.

Dari vnũ primum motorẽ omni motu vacantem.

### CAP. VI.

Text. 45. *Cùm autem motum ſempiternum eſſe oporteat, & non intermitti, neceſſe eſt aliquid, quod primum mouet ſeu vnum, ſeu plura, ſempiternum eſſe; & id quidem quod*

Text. 46. *primum mouet, immobile. Eorum ſane quæ immobilia quidem ſunt, ſed mouent, vnumquodque perpetuum eſſe ad præſentem ſermonẽ nihil attinet. At vero neceſſe eſſe, vt aliquid immobile, omniſque mutationis ſimpliciter & ex accidenti expers, quod aliud mouendi vim habeat, ſemper ſit, his qui ſic conſiderant fiet manifeſtum.* a Fieri

a Fieri autẽ poſſe} Docet etſi fingamus quędam phyſicę generationis & interitus expertia modo eſſe, modo non eſſe, itemque licet fateamur partes mouentes, & per ſe inſectiles, quę in animantibus motum edun*, per aliquam mutationem vnà cum ipſis animantibus incipere & deſinere, atque adeo quędam principia immobilia interdum eſſe, interdum non eſſe; tamen fieri non poſſe, vt omnia huiuſce ordinis, & conditionis ſint, & aliquando eſſe incipiant cum antea non fuerint, vel eſſe deſinant, cum fuerint. Id, quod ex eo probat, quia ſi quędam ſe mouentia aliquando ſunt, aliquãdo non ſunt, neceſſe eſt aliquam cauſam ortus & interitus ipſorum dari: ſiquidẽ omne, quod

mouetur, mutaturue, ſui motus, ac mutationis cauſam habet. Quod autem interdum eſt, interdum non eſt, ſi ſit compoſitum, generatur, & interit. Pręterea intereuntia, quę ſe mouent, affecta ſunt magnitudine: nullum enim inſectile moueri poteſt: at quod in his motum edit non neceſſario partes habet. Multo ergo minus ſupremum motorem partibus conſtare oportebit.

Primum motorẽ eſſe ſempiternum.

b Vt igitur alia } Primum motorem ſempiternum eſſe ex eo concludit, quia continuę, ac perpetuę mutationis, quæ in rebus conſpicitur, non poteſt cauſa eſſe vnum aliquod ex iis, quę ortum, & occaſum ſubeunt; cum nullum ſemper exiſtat, nec verò omnia, quia infinita ſunt, ac ſimul eſſe nequeunt; ſi autem non exiſtãt, neutiquam eorũ, quę ſunt, cauſa eſſe poſſunt. Et verò licet, inquit, decies millies aliqua principia mouẽtia motus expertia, & multa ex eis, quę ſe ipſa mouent, occumbant, aliaque ſuccedãt, & in lucem prodeant, & eorum vnũ mouẽs immobile aliquid moueat, & illud aliud; neceſſariũ tamen erit pręter ipſa dari aliquod primum mouẽs, quod vniuerſa cohibeat, & cõplectatur, & communis cauſa ſit cur alia gignantur, alia intereãt, eiſdemque ad ſuas peculiares motiones adminiſtrandas vim cõmunicet.

Neceſſariò dandum vnũ mouens primum.

c Itaque ſi perpetuus } Rationem, qua ex motus ęternitate ſempiternũ eſſe motorem primum oſtenderat, repetit: addens non modo ſi vnus ſit, ſempiternũ eſſe oportere; ſed idẽ quoque pronuntiandũ ſi plures numerentur. Sed enim aſſerendum potius vnum eſſe, quam plures: quod ſi plures ſint, finitos potius, quam infinitos eſſe. Cùm enim finita ſufficiunt, ea potius ſumi debent, quã infinita: ſufficit verò vnus motor ſempiternus, qui aliis omnium motionum cauſa ſit; præſertim cùm plura prima eſſe non poſſint.

Non eſſe res multiplicandas abſq; neceſſitate.

*a Fieri autem poße (ſi cui placeat) ponamus, vt ſint ortu & interitu quædam aliàs ſint, aliàs non ſint. Nam ſi quid partibus vacans interdum eſt, interdũ non eſt, id omne mutatione aliquando ſit, aliquando non ſit fortaßis neceſſe eſt. Hoc præterea contingat, vt principiorum immobilium, quæ mouendĩ vim habent, quædam interdum ſint, interdum non ſint: at vt omnia, fieri non poteſt, cùm perſpicuum ſit his, quæ ſe mouẽt, cauſam aliquam eſſe, cur aliàs quidem ſint, aliàs vero nõ ſint. Quicquid enim ſe mouet, magnitudinem habeat neceße eſt, ſiquidem nihil, quod partibus vacet, mouetur. At quod mouet, non neceſſe eſt ex his, quæ dicta ſunt. b Vt igitur alia oriantur, alia intereant, idque continue fiat, nihil eorum cauſa eſt, quæ immobilia quidem ſunt, tamen nõ ſemper ſunt, nec rurſus eorum, quæ ſemper hæc mouent, illa vero, alia. Perpetuitatis enim atque continuationis nec vnum eorum cauſa eſt, nec vniuerſa. Nam quod ſic ſe habet, ſempiternum eſt, & neceſſariò.* Text. 47.
*Vniuerſa autem infinita ſunt & non ſimul omnia. Quamobrẽ conſtat etſi decies millies nonnulla principia immobilia mouentia, & multa eorum, quæ ſe mouent, intereunt, alia verò generantur, & hoc quidem cùm immobile ſit, illud mouet, aliud verò aliud. Attamen quidpiam eſt, quod continet, atque hoc præter vnumquodque horum: quod quidem cauſa eſt, vt alia ſint, alia non ſint, atque mutationis cõtinuæ. Et hoc hiſce, hæc autem aliis motionis ſunt cauſæ. c Itaq; ſi perpetuus motus* Text. 48.
*eſt, perpetuum erit & mouens primum, ſi vnum: at ſi plura, plura & perpetua. Vnum autem potiùs, quàm plura; & finita, quàm infinita putandum eſt eſſe. Sẽper enim finita potiùs ſumenda ſunt, modò eadem fiant, cùm in rebus naturæ id quod finitum eſt, & melius, ſi eſſe poſſit, ineße oporteat. Satis autẽ eſt ſi vnum, quod cùm immobilium primum ſempiternumue ſit, motionis principium aliis erit. d Perſpicuum vero etiam* Text. 49.
*ex hoc eſt neceſſe eſſe, vt quod primum mouet vnum aliquid ſit & ſempiternum.*

*Etenim*

Primum motorem ſempiternũ, & vnũ eſſe.

d Perſpicuum verò } Primum motorem, & ęternum, & vnum eſſe comprobat ex perpetuitate, & vnitate motus. Nam cùm motus in natura ſemper fuerint, vt ſupra oſtenſum eſt, & ii ad vnum principem motum, à quo pendent, reduci debeant, hoc eſt ad cœleſtem motum, quem proinde ęternum eſſe oportet: cùm inſuper hic motus maximè vnus ſit, atque adeò continuus, ab vno, & ſempiterno pendeat neceſſe eſt. Nam ſi ab alio, atque alio motore efficeretur, non continuus foret, ſed vnus alium ſubſequeretur.

e His

e His ſane adductus ⟩ Ratione alia ſumpta ex principijs eorum, quę ſe mouent, ſuadet vnum eſſe perpetuum motorem. Ad quam probationem repetit quędam ex iis, quę ſuperiùs dixerat, quę non eſt cur iterum a nobis explicentur.

f Equibus licet credere ⟩ Argumentatur hunc in modum. Fieri nequit, vt vllum principium eorum quę mouent mota per accidens, ſit cauſa perpetuę & continuę mutationis, cùm ea omnia ab alijs mota moueantur, nec ſuorum motuum, niſi alia in ipſis motione pręeunte cauſę ſint. oportet ergo aliud principiũ vltra hęc omnia cõſtituere, quod neutiquam motũ ſubeat, ac nec ex accidente mutetur. Hoc autẽ erit primum, à quò cętera vim mutuentur, alioqui motus vnus perénis, & ſempiternus non dabitur.

*Etenim motum neceſſario ſemper eße demonſtratum eſt. At ſi ſemper neceſſe eſt & continuum eſſe, cum id, quod ſẽper eſt, continuum ſit, quod autem deinceps, non continuum. At qui ſi continuus, vnus: vnus autem & ab vno eſt mouẽte, & vnius rei, quæ mouetur. Nam ſi aliud, atque aliud mo-*
Text. 50. *uerit, totus motus continuus non erit, ſed deinceps.* e *His ſane adductus aliquis credere poterit immobile aliquid primũ eße, & rurſus ſi ad eorum, quæ mouent, principia animaduertat. Eorum igitur quæ ſunt aliqua eße, quæ alias quidẽ mouentur, alias quieſcunt perſpicuum eſt. Atque hoc ipſo planum factum eſt, nec vniuerſa moueri, nec vniuerſa quieſcere nec alia quidem ſemper quieſcere, alia ſemper moueri. Qui enim ancipiti natura ſunt, facultatemque habent, vt aliquando moueantur, aliquando quieſcant, horum fidem faciunt. Cum autem talia conſpicua omnibus ſint, & duorum vtrãque naturam demonſtrare volumus, nempe aliqua eſſe, quæ à motu ſemper vacant, alia vero, quæ ſemper mouentur, ad quod profecti, poſitoque illo quicquid mouetur ab aliquo moueri, hocque eſſe aut immobile, aut moueri, & id aut à ſe, aut ſẽper ab alio, eo progreſſi ſumus, vt ſumeremus eorum, quæ mouentur, principium eße, eorum quidem, quæ motu cientur, id quod ſe ciet, omnium vero id, quod eſt immobile. Cernimus autem & id quidem manifeſte, aliqua eße eiuſmodi, quæ ſe mouent, vt animantium & animalium genus. Atque hæc ſane ſuſpicionem præbebant, ne fortaſſe contingeret, motum, cum omnino non eßet, oriri, propterea quod in ipſis fieri id videremus, vt quæ immobilia cum ſint, rurſus, vt videtur,*
Text. 51. *moueantur. Hoc igitur ſumendum eſt, vno motu hæc ſe mouere, & illo non proprie, quippe cum in ſe eius cauſam non habeant. Sed animalibus naturales alij inſunt motus, quibus non per ſe mouentur, vt accretio, imminutio, reſpiratio, quibus animalium vnumquodque, cum quieſcit, & ſe motu eo, qui ab ipſo proficiſcitur, non ciet, mouetur. Atque*

g Moueri autem ex ſe ex accidente ⟩ In promptu erat obiectio cõtra proximè dicta. Nempe motores cœleſtiũ ſphęrarum, quę ſub mobili primo voluuntur, ęternam & perénem motionem facere, & tamẽ ex accidẽte moueri. Occurrit bifariam dici aliquid moueri ex accidente, nimirum vel quia adiunctum eſt ei, quod ab alio ex accidente mouetur; vel quia motu, quem in alio edit, cietur, quo pacto anima ex accidente fertur motu corporis, quod ipſa agitat. Docet igitur mẽtes, quę errantium ſtellarum globos circumuehunt, non moueri ex accidente hoc poſteriori modo; alioqui motum ſempiternum efficere non poſſent, ſed priori modo, quatenus videlicet aſſident orbibus, qui primi mobilis circumactu per accidens rotantur. Iuxta hanc interpretationem, quę eſt D. Thomę, Alexandri, Auerrois, & aliorum interpretum, nomine principiorum intelliguntur cœleſtes mentes. Simplicius tamen ſphęras errantium ſtellarum, quę motu primę ſphęrę per accidens rapiuntur, deſignari credit.

Obiectio.

Dilutio.

h Atque aliquid eiuſmodi ⟩ Duplici ratione oſtendit id, quod à primo mouente primum mouetur, ſempiternum eſſe. Prima ratio ita fere concluditur. Motus, qui non ſemper eſt, adminiſtratur à motore, qui per ſe, vel ex accidente mouetur; vt in ſuperioribus declaratum fuit: igitur cùm primum mouens motionis expers, perpetuumque ſit, atque ita affectum, vt nec per ſe, nec ex accidente moueatur, conſequens eſt vt id, quod ab eo primum cietur, ęternum ſit.

i Hoc verò ex eo quoque ⟩ Secunda ratio eſt. Niſi daretur corpus vnum, quod indefecto motu ſublunarẽ mũdũ ab ęterno regeret, nõ ſẽper rerũ generatio, & interitus extitiſſẽt, hoc autẽ,

Neceſsitas cō ſtituendi primum mobile apud Ariſtotelem.

vt fuit ſuperiùs diſputatum, à vero abeſt; ergo & illud maiorem ſuadet, quia ſi inter primum motorem, & res, quę gignuntur, atque occidunt, non intercederet primum mobile, cùm ipſe primus motor ſemper eodem modo ſe habeat, & quod tale eſt, diuerſitatis cauſa eſſe nequeat, vtique nulla ab eo rerum varietas manaret.

k At id, quod ab eo) Admonet nec ipſum primum mobile à primo motore agitatum per ſe ſat eſſe ad generationum, & corruptionum varietatem inducendam, ſed quia ob differentem ſitum & aſpectum ad inferiora, & ob diuerſitatē ipſarum rerum quę patiuntur, alijs temporibus aliter ſe habet, nunc ad motum euocat, nunc quietē affert. Hic aduerte Ariſtotelem lib. 2. de ortu, & interitu perēnitatem generationum, & corruptionum attribuere primo mobili, earundem verò ſtata diſcrimina referre ad vim errantium ſtellarum, & obliquum motū Zodiaci. Cui ſententię non contradicit hoc loco, nō enim pręcipuā, ſed aliquo modo cauſam eius varietatis primum mobile conſtituit.

l Ex his autem) Ex ſuperiori diſputatione conſpicuum eſſe ait id, quod demonſtrandum propoſuerat, cur videlicet alia ꝑpetuò moueantur; alia perpetuò quieſcant; alia interdum moueantur, interdum quieſcāt. Enim verò quędam ſemper moueri oportet; quia à mouēte īmobili, quod ſemper eodē pacto ſe habet, & eundem perpetuò motū edit, cientur. Alia nūquā mouentur, quia in mouētib9 nō abitur in infinitū. Alia interdum mouentur, interdum non: quia à mobili, quod ſemper mouetur, ita afficiuntur, vt ab eo nunc quietē, nunc motum accipiant. Porro in primo huiuſce partitionis mēbro cōtinētur corpora cœleſtia: in 2. prim9 motor: in 3. res ſublunares.

Nota in hoc capite ad text. 48. effatum illud, Semper id, quod finitum eſt, melius eſt,

*Atque horum cauſa eſt ipſum continens, & eorum mul-*
*ta, quæ ingrediuntur, vt nonnullorum alimentum. Cùm enim*
*concoquitur, dormiunt: cùm vero diſtribuitur, expergiſcūtur,*
*atque ſe mouent, primo principio extrinſecus poſito. Quam-*
*obrem à ſe non continenter mouentur. Nam ad eorum, quæ*
*ſe mouent, vnumquodque aliud eſt mouens, quod ipſum quo*
*que mouetur. In omnibus autem his primum mouens, & cau-*
*ſa, vt ipſa ſe moueant, mouentur, ſed tamen ex accidenti.*
*Corpus namque locum mutat, quare & id, quod eſt in corpo*
*re, atque id etiam, quod in vecte ſe mouet.* f *E quibus licet* Text.52.
*credere, fieri non poſſe, ſi quid immobile quidem eſt, ſed ta-*
*men, cum moueat, ipſum quoque ex accidenti moueatur, cō-*
*tinuum motum id faciat. Quamobrem ſi neceſſe eſt, conti-*
*nuum motum eſſe, immobile aliquod primum mouens ſit ne-*
*ceſſe eſt, quod ne ex accidenti quidem moueatur, ſi in rebus,*
*vt diximus, eſſe debeat inceſſabilis aliquis & immortalis*
*motus. Et id, quod eſt in ſe, & in eodem manere. Manente*
*enim principio, vniuerſum quoque maneat neceſſe eſt, quippe*
*quod principio ſit continuatum.* g *Moueri autem ex ſe ex*
*accidenti idem non eſt, quod ab alio. Etenim ab alio, nonnul*
*lis etiam in cælo principijs, quæ lationibus pluribus cientur,*
*ineſt, alterum autem ijs ſolis, quæ intereunt.* h *Atqui ſi* Text.53.
*aliquid eiuſmodi ſemper ſit, mouens quidem aliquid, immo-*
*bile autem, & ſempiternum, id etiam quod ab eo primum*
*mouetur, ſempiternum ſit neceſſe eſt.* i *Hoc vero ex eo quoq;*
*perſpectum eſt, quod generatio & interitus, & mutatio*
*alijs rebus non aliter contingeret, niſi quidpiam, quod mouere*
*tur, moueret. Namque id, quod immobile eſt, vno eodemq; mo*
*tu, & eodem modo mouebit, quippe quod nihil mutetur, eius,*
*quod mouetur, habita ratione.* k *At id, quod ab eo mouetur,*
*quod motu quidem cietur, ſed ab eo quod eſt immobile, quod*
*aliter atque aliter ad res ſe habeat, eiuſdem motus cauſa non*
*erit. Verùm quod in contrarijs ſit, aut locis, aut formis, vnam-*
*quamque rerum aliarum contrarie motu afficiet, & alias in*
*quiete, alias in motu conſtituet.* l *Ex his autē, quæ dicta ſūt,*
*planum etiam factum eſt, id, de quo initio dubitauimus, cur*
*non omnia aut mouentur, aut quieſcunt, aut alia quidem ſem-*
*per mouentur, alia ſemper quieſcunt.*

*Sed*

eſt, ſi eſſe, poteſt, quo Philoſophus monet finitatem infinitati præferendam eſſe, & in ipſa finitate paucitatē, & omnino vnitatem multitudini. Idem effatum inculcauit etiam 1. huius operis cap. 6. text. 50. & 12. Metaphyſ. c. vlt. text. 55. vbi ſtatuit non eſſe bonā multitudinem principatus, ideoque vnum eſſe principem totius vniuerſi. Lege quę in hanc ſententiam præclarè ſcripſit D. Thomas 1. lib. de regimine principum cap. 2. Effatum Philoſophicū. Vnitatem pręferendā multitudini.

2. *Sed aliqua interdum mouentur, interdum minime. Huius enim cauſa nunc manifeſta eſt, cùm alia ab immobili ſempiterno moueantur, & ideo ſemper mutentur, alia ab eo quod mouetur, & mutatur, vt ipſa quoque neceſſe ſit mutari. Id autem quod immobile eſt, cum (vt dictum eſt) ſimpliciter, eodemque modo, & in eodem ſemper permaneat, vnum ſimplicemq́; efficiet motum.*

# QVÆSTIO I.

## VTRVM PRIMVS MOTOR SECVNdum Ariſtotelem omni mutatione, & magnitudine vacet.

### ARTICVLVS I.

### QVÆ ARGVMENTA NEGATIVAM partem aſtruere videantur.

QVod primus motor ſecundum Ariſtotelis doctrinam non ſit ab omni prorſus mutatione, & magnitudine liber; conabitur aliquis in hūc modum ſuadere. Ab eo, quod vnū, & immobile eſt, vt conſtat ex ijs quæ tradita ſunt lib. 2. de generatione cap. 9. text. 53. & cap. 6. huius libri, text. 53. non niſi vnum quid effici poteſt; ergo ſi primus motor eſt vnus, & immobilis, nequaquam ab eo ſecundum Ariſtotelis placita rerum varietas, & diſtinctio procedere potuiſſet; quod falſum eſt. Corroboraturque argumentum, primo, quia cauſa debet in ſe effecta ſua continere, atque adeò ſi ea multa ſint, oportebit ipſam cauſam multiplicem eſſe, ac variam. Secundò, quia neceſſe eſt effectum repræſentare cauſam, quæ autem multa ſunt, nequeunt appoſitè id, quod vnum eſt, repræſentare. 1. argum.

Deinde quicquid eſt in eo, quod mouetur, eſto in ſe illius motionem non recipiat, dicitur, ſaltem ex accidente, moueri; ſed Deus ſecundū Ariſtotelē extremo cap. huius lib. text. 85. eſt in circūferentia primi orbis, qui perēni motu circūuoluitur; ergo ratione illius dicetur, ſaltē ex accidēte, moueri. Maior ꝓbatur, quia vt docet D. Tho. 2. argum.

Corpus Chriſti in diuina Euchariſtia mouetur per accidens motu ſpecierũ.

3.p.q.76.ar.6.corp9 Chriſti in diuina Euchariſtia mouetur per accidens motu ſpecierum, & Angelus motu corporis aſſumpti, vt idem ait.1.p.q.51.at.1&3. & tamen neque corpus Chriſti, neque Angelus eiuſmodi motum in ſe recipiunt.

3.argum.

Tertiò Ariſtoteles in eo errore, & īpietate videtur fuiſſe, vt Deũ animal eſſe, atque adeo mole corporis præditum exiſtimaret. Non igitur Deus apud illum magnitudine vacat. Probatur aſſumptum. Namque.12.Metaphyſicæ cap.7.text.39.ita ſcripſit. φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῷον ἀΐδιον ἄριστον. Hoc eſt, dicimus autem Deum eſſe animal ſempiternum, optimum. Quare Athenagoras Philoſophus Athenienſis in oratione, quam ad Marcum, & Commodum imperatores pro Chriſtianis habuit, Ariſtotelem reprehendit, quod Deum animal ex anima, & corpore conſtitutum putarit, quod item cenſuiſſe Ariſtotelem ſcripſit Galenus in lib. de Philoſophica hiſtoria, cap.25. Præterea Iamblichus non ſolùm Platonicus, ſed etiam, teſte Simplicio, diligens Ariſtotelis expoſitor, in 1. lib. de ſecta Pythagorica affirmat cuſtodiri in arcanis hæc Ariſtotelis verba. τοῦ λογικοῦ ζώου τὸ μὲν ἐστὶ θεός, τὸ δὲ ἄνθρωπος. ideſt, animalis rationalis aliud eſt Deus, aliud homo.

Athenagoras in oratione pro Chriſtianis.

Galenus.

Iamblichus diligens interpres Ariſtotelis.

## ARTICVLVS II.

## PRIMVM MOTOREM DEVM OMNIS mutationis, & magnitudinis expertem eſſe.

VErùm quòd Deus opt.max.omnis prorſus mutationis, corporeæque magnitudidis expers ſit, docet fides orthodoxa, cùm alijs ſacræ paginæ teſtimonijs, tũ illo ex capite tertio Malachiæ, Ego Deus, & non mutor, & illo, ex cap.4. Ioannis, ſpiritus eſt Deus. Poteſtque id ex eo breuiter confirmari, quia Deus cùm ſit primum ens, eſt ſimpliciter in actu, nulloque modo in potentia; id autem, quod mutari poteſt, neceſſariò eſt in potentia ad aliquid noue acquirendum; & omne item corpus, cùm ſit continuum, eſt in potentia vt diuidatur. Præterea omne corpus eſt compoſitũ, & poſterius partibus, ex quibus coaleſcit: atqui primum ens non poteſt eſse vlla re poſterius; ergo nec corpus eſse poterit. Itē Deo cōuenit id, quod perfectiſsimum eſt; ſed ſpiritale, & immutabile eſt perfectius corporeo, mutationique obnoxio; ergo id Deo attribuendum eſt. Huc ſpectat illud D.Anſelmi in Monologio, c.28. Iſte ſpiritus, id eſt, Deus, qui ſic ſuo modo mirabiliter ſingulari, & ſingulariter mirabili eſt; propter incōmutabilē æternitatē ſuā nullo pacto ſecũdũ aliquē motũ dici poteſt fuiſse, vel fore: neq; cōmutabiliter eſt aliquid, quod aliquãdo aut fuit, aut nō erit; neque nō eſt, quod aliquãdo fuit, aut erit: ſed quicquid eſt ſimul, & ſemel, & incōmutabiliter eſt. Hãc etiã diuinæ

Malach.

Ioan.

1.ratio.

2.

3.

D.Anſelmus.

uinæ naturæ immutabilitatē teſtabātur Platonici aientes animā eſſe mobilē multitudinē, Angelū multitudinē immobilē, Deū immobilē vnitatē. Appellabant enim Deū vnitatē immobilē, eo quòd naturā poſsideat maximè vnā, ac nulli prorſus obnoxiā mutationi, quod in res creatas non conuenit; tametſi Angelus reſpectu aliarum reru immobilis etiam vocetur, non ſimpliciter, ſed quòd minus, quam illæ mutari conſueuerit.

*Lege Ficinū li. de immortalitate animorum.*

*Platonici.*

*Deus immobilis vnitas.*

Nihil verò dictis obſtat, quòd diuinæ literæ nonnunquam Deo dimenſiones, hoc eſt, latitudinem, longitudinem, & profunditatem dant. Id enim vt Theologorum princeps Dionyſius 9. cap. de diuinis nominibus exponit, per metaphoram accipiendum eſt, ita vt latitudo ſit proceſſus diuinæ prouidentiæ ad res omnes; longitudo, Dei virtus à ſummo ad imum vſque peruadens; profunditas, Dei eſſentia à nullo comprehenſibilis. Nec item officit quòd doctores ſacri nõnunquam motum Deo attribuunt; ſimiliter nanque motus nomen improprio, & translatitio ſignificatu vſurpant; quo pacto, teſte eodem Dionyſio loco citato, moueri dicitur Deus propter actiones, quas ex ſe promit ſine vlla tamen ſui mutatione. Sicque attribuitur Deo motus rectus, flexuoſus, & circularis. Rectus, ad ſignificandam indeflexibilem conſtantiam, progreſſumque diuinarum actionum nuſquam inclinantem, hoc eſt, quia vt rectus motus à linea recta minime digreditur, ſed à quodam principio vſque ad finē æquabiliter euadit; ita diuina operatio à fonte totius eſſe egreſſa non curuatur, ſed per media omnia, vſque ad vltimum quaſi punctum, ſecundum ipſius diſpoſitionem pertingit. Motus autem flexuoſus, ſiue obliquus ex diuerſis conſtat, vt patet, ideoque Deo accomodatur, prout in eius operatione intelligitur progreſsio, & ſtatus. Progreſsio, quatenus diuina potentia in ſummo rerum vertice exiſtens, quaſi per quendam defluxum ad res alias deriuatur. Status, quatenus res à ſe productas in eſſe proprio tutatur, & conſeruat. Denique in motu circulari duo inſunt. Nam circulare corpus quod eo fertur, ex parte concaua continet alia, præterea redit ab eodem ad idem punctum. Sic igitur circularis motus Deo aſcribitur, quia Deus omnia ſuæ potentiæ ambitu continet; & vniuerſa ab ſe vt à principio orta, ad ſe ipſum, vt ad finem, quaſi in gyrum reuocat, & conuertit.

*Remotio obiectionis.*

*D. Dionyſius.*

*Vt D. Auguſt. 4. ſuper Geneſ. ad lit. c. 20. ex Platone.*

*Motus quō pacto de Deo dicatur.*

*Rectus.*

*Flexuoſus.*

*Circularis.*

Nullo autem prædictorum motuum, vel aliorum eiuſmodi, qui de Deo enuntiātur, mutari dicitur Deus, cùm per eos nihil in ſe admittat, amittat ve, quo ex non tali talis, aut ex tali non talis in ſe ipſo fiat. In quam ſententiam lege caput Firmiter, de ſumma Trinitate; & fide Catholica, D. Auguſtinum lib. 10. ſuper geneſim ad literam cap. 25. & lib. 6. de Trinitate, cap 7. D. Anſelmum in Monologio. cap. 24. Hugonē victorium de ſacramentis p. 1. lib. 1. c. 13.

*Deus omni prorſus mutatione vacat.*

*Cap. Firmiter.*

*Auguſt.*

*Anſel.*

*Hug.*

ARTI-

## ARTICVLVS III.

## RESPONDETVR PROPOSITÆ QVÆſtioni ex mente Ariſtotelis: & expenditur ratio, qua ab eo primi motoris immobilitas probatur.

HIs ita explicatis ad quæſtionem directò reſpondemus primũ motorem ſecundum Ariſtotelis doctrinam eſſe prorſus immobilem, atque omnis expertem magnitudinis. Id quod ex ſeptimi, & octaui libri progreſſu ſatis conſtat, vbi Ariſtoteles inter cætera primi motoris attributa hæc duo potiſsimum indagauit, in eaq; confirmanda incubuit. Sed enim quia ratio, qua primi motoris immobilitatem oſtendit, nõ nihil dubitationis continet, eam hoc loco paulò accuratiùs expendemus; habet autem ſeſe illa in hunc modum. Conſtat in rerum vniuerſitate multa eſſe, quæ moueantur. Cùm igitur omne, quod mouetur, ab alio moueri neceſſe ſit, vel danda eſt infinita progreſsio; vel perueniendum ad aliquem motorem, qui ita moueat, vt non moueatur. Primum dici non poteſt, quia infinitum non datur in natura; ergo ſecundum. Quod ſi quis reſpondeat dari vnum primum motorem, qui non ab alio; ſed à ſe ipſo per accidens moueatur; id ex eo refellitur, quia quod per accidens mouetur nequit ex æternitate mouere; at primus motor æternam efficit motionẽ. Quare fateri neceſſe eſt illum & per ſe, & per accidens immobilem eſſe. Effatum verò illud. Id, quod per accidens mouetur, nequit ab æterno mouere inde, vim habet, quia quod per accidens cietur (intellige eo modo, quo anima ad motum corporis) perennem ac ſempiternam continuare motionem non valet; cùm neceſſe ſit paulatim langueſcere, ac motrici vi deſtitui.

*Ratio Ariſtotelis.*

*Hæc rationẽ affert etiã D. Damaſcenus lib. 1. fidei orth. cap. 4. D. Thom. 1. cõtr. gent. c. 23.*

Porro diſputatio hæc Ariſtotelis, niſi aliquid adijciatur, nõ colligit inſtitutum, vt præter alios aduertit Scotus in primo diſt. 8. q. 4. Nam cùm ex motu duntaxat phyſico procedat, tantum euincit perueniendum eſſe ad vnum aliquem cœleſtium corporum motorem, qui omnis phyſicæ motionis expers ſit. Diceret autem quiſpiã motorem hunc eſſe intelligentiam primi orbis motricem, quæ motu phyſico, nec per ſe, nec ex accidente affici poteſt, nec mouendo defatigatur, aut langueſcit; & tamen non eſt prima omnium cauſa, ideſt Deus, cuius veſtigationem ſibi locis citatis Ariſtoteles propoſuerat. Vt igitur probatio hæc inſtitutum conficiat complenda ratio erit ex 12. Metaph. cap. 7. vbi Ariſtoteles ſumpto motu in tota ſuæ ſignificationis amplitudine, ita vt etiam metaphyſicas, ſiue ſpiritales motiones, quibus res vtcunque mutari poſsit, cõprehendat, oſtendit

*Non concludit niſi aliquid addatur*

*Complenda eſt ex ijs quę ab eodem traduntur 12. Metaph.*

oſtendit perueniendũ eſſe ad vnum primũ motorem ab omni prorſus mutatione alienum, & abſolutum; hoc fere modo. Cùm primũ mouens moueat per intellectum & voluntatem; omne autem, quod ſic mouet, agat propter finem ab ſe cognitum, & amatum; vel primũ iſtud mouens agit propter ſe tantum; vel alterius gratia: ſi propter ſe; ergo eſt omni ex parte immobile, quia iam non ab alio ad mouendum allicitur: ſi alterius gratia, iam de illo eadem quæſtio redibit. Cùm ergo non liceat in infinitum abire, vtique ſtandũ erit in primo aliquo motore, qui ab omni, etiam metaphorica, & impropria motione aliunde cauſata liber ſit. Hic autem eſt prima omnium cauſa, naturæ totius moderatrix, quem Deum fateamur neceſſe eſt.

Integra ratiõ

## ARTICVLVS IIII.

# OBVIAM ITVR PRIMI ARTIculi argumentis.

NVnc argumentis, quæ initio quæſtionis propoſita ſunt, reſpondeamus. Ad primum dicendum eſt effatũ illud, Ab vno, qua vnum eſt, non niſi vnum prouenit, verum quidem eſſe, ſi intelligatur de cauſa naturali, quæ dũ eodem modo ſe habet, & paſſum ſimiliter eodẽ modo affectum eſt, per ſe non niſi vnum producit, vt calor calorem, frigiditatem frigiditas: non autem ſi intelligatur de prima cauſa, quæ licet quoad ſuam ſubſtantiam maximè vna ſit; tamen in ſua poteſtate res omnes quantũlibet diſtinctas cohibet, ac tametſi ſpecies rerum naturalium, quæ ſub lunæ orbe continẽtur, per cauſas ſecũdas modò efficiat, & conſeruet; poſſet tamen eas omnes ſine vllius rei interuentu ſe ſola procreare, ac tueri. Quod verò contra obijcitur, Id, quod eſt vnum, non poſſe aptè à pluribus repræſentari, falſum eſt. In primis enim quilibet effectus per ſe ſumptus, quatenus vnum quidpiam eſt, cauſæ ſuæ vnitatem appoſitè refert. Deinde cõueniens fuit multa, diuerſaque effecta à Deo produci, vt vnumquodque, quoad eius fieri poſſet, diuinam adumbraret bonitatem, & quod vni ad eam adumbrandam deficit, ab alio vtcunque ſuppleretur, quod præclarè edocet S. Thomas 1. p. quæſt. 47. art. 1.

Lege Rich. in 2. d. 1. q. 2. tica 4. principi.

Explicatur effatum philoſophicum.

Vnũ à pluribus quomodo aptè repræſetari poſſit.

Pro ſecundi argumenti explicatione animaduertendum eſt duas requiri conditiones, vt aliquid cenſeatur ex accidente moueri motu eius, in quo eſſe dicitur. Alteram ita in eo eſſe, vt ſaltem naturæ viribus alibi eſſe nequeat: quam conditionem ponit D. Thomas 1. ſentent. diſt. 37. q. 4. art. 1. & in 2. d. 8. q. 1. art. 4. vnde infert non moueri animam per accidens ad motum ſolius manus; ſed dum totum corpus mouetur. Adde requiri præterea vt id, in quo prædicto modo continetur, ſecundum ſe totum, locum mutet; qua de cauſa aſſerit

Quę requirũtur vt aliquid ex accidente moueatur.

Prima conditio.

etiam

Opinio Philoſophorum de motore cœleſtis ſphęrę.

etiam D. Thomas loco proximè citato, etſi (vt quorundam philoſophorum opinio fuit) motor cuiuſuis ſphæræ cœleſtis eſſet anima ſui orbis, atque adeò in toto cœlo exiſteret; non proinde aſſerendum fuiſſe quemlibet motorem moueri per accidens motu ſuæ ſphæræ, cùm illa ita circumagatur, vt totum ſitum non mutet. Altera conditio eſt vt id, quod ex accidente mouetur, ſit innexum, vel quaſi innexum ei, ratione cuius moueri dicitur. Quopacto ſe habet anima ad ſuum corpus, & Angelus ad corpus aſſumptum; atque etiam corpus Chriſti ad ſpecies diuinæ Euchariſtiæ. Eſt enim etiam inter illud, & ſpecies, colligatio quædam orta ex ineffabili modo exiſtendi in ſacramento. Huiuſce conditionis defectu intelligentia motrix cœli non dicitur ex accidente moueri; cùm perpetuò in eodē ſitu maneat, è quo alijs atque alijs ſphæræ partibus, ſibi mutuò ſuccedentibus impulſum imprimit, vt D. Thomas in 1. p. q. 51. art. 3. ex Ariſtotele hoc in lib. capite vltimo, text. 84. aduertit. Hinc iam patet argumēti ſolutio. Licet enim Deus ſit in rebus, quæ mouentur; nequaquam tamen per accidens moueri dicendus eſt: cū nullis locorum ſpatijs definiatur, nec vlli rei illigatus ſit, ſed ſuæ eſſentiæ immenſitate vbique exiſtat; quod rebus in argumento adductis minimè conuenit.

2. conditio.

Intelligentia nō mouetur per accidens motu cœli.

Cur Deus nō dicatur per accidens moueri motu rerū.

Pręoccupatio

Aduerte tamen hoc loco motores orbiū Planetarum dici ab Ariſtotele hoc in libro capite 6. text. 52. moueri per accidens, non quidem ratione ſui; ſed ratione ſuorum mobilium, quia videlicet orbes, quos circumagunt, præter quam quod ab Occidente Orientem verſus proprio motu cōmeant, rapiuntur etiam motu alieno, ideſt vertigine primi cœli ab ortu ad occaſum. Quod tamen non conuenit primæ ſphæræ, quæ vnicum duntaxat motum ſubit. Obijciat tamē aliquis, ſi ex eo intelligentiæ dicendæ forent per accidens moueri, quia ipſarum orbes ex accidente rapiuntur; eodem pacto debuiſſe eas extrinſeca appellatione globoſas, lucentesque vocari à figura, & luce eorundem orbium. Huic obiectioni occurrendum non eandem eſſe rationem in motu, quæ in figura, ac luce: hæc enim incorporeæ naturæ repugnant; motus verò non item, vt patet in anima rationali, quæ motu corporis per accidens mouetur. Adde, quod hæc ſuopte ingenio nō niſi res, quibus inhærent, nominant, motus autem non ſolum actiuè rem agentem, cui non inſidet, appellat; ſed etiam paſſiuè nuncupat rem ſubiectam, cui interdum non hæret, vt animæ rationalis exemplo liquet.

Lege D. Th. 1. contra gēt. c. 13.

Obiectio.

Dilutio.

Quęre ſi placet aliā ſol. apud Sonc. 12. Metaph. q. 6.

Quorundam reſponſio ad vltimū arg.

Ad vltimum ſunt qui dicant malè vertiſſe interpretes Ariſtotelē vbi ait Deum eſſe animal æternum, & optimum, debuiſſeque reddere, vitam aut viuens, non animal; quia animal, græco vocabulo nō ab anima dicitur, ſicuti latino; ſed à vita. Verùm, vt rectè ait Beſſario lib. 3. contra Calumniatorem Platonis, cap. 14. hi immerito iubent latinos interpretes græca nomina ex etymologia, non ex analogico vſu latinè reddere, vt ἄνθρωπον, non hominem vertant, ſed

Quę nō probatur.

remi-

reminiſcentem, ſeu ſurſum ſpectantem; θεὸν, non Deum, ſed currentem, vel, videntem. ζωὴν non vitam, ſed feruorem. Quare dicendum potius eſt cum D. Thoma, Alexandro Alenſi, alijſque expoſitoribus ad eum locum, Ariſtotelem non ſuo iudicio Deum animal appellaſſe; cùm inibi mox ſubijciat, demonſtretque diuinam mentem ab omni materia, & magnitudine prorſus abiunctam eſſe: ſed ex vulgari ſermone hominum, qui vt Deo vitam attribuerent, animal eum vocabant, quòd vitæ functiones in animalibus manifeſtè appareant. Id verò propterea fecit Ariſtoteles, vt ex publica opinione confeſſum acciperet, quod aſtruere nitebatur, nempe ineſſe Deo vitam. Iure tamen à Magno Alberto, alijſque nonnullis reprehenditur, quod vulgi vocem quaſi ſuam vſurpans Deum animal vocarit, ſcripſit enim, φαμὲν τὸν θεὸν ζῶον, ideſt dicimus Deum animal: oportet enim philoſophum, cùm de Deo loquitur, ab ijs nominibus abſtinere, quæ diuinæ naturæ excellentiam dedecent, errantiſque vulgi ſermonem potiùs corrigere. Quod verò ex Iamblicho protulimus accipiendum erit non quaſi dogma ſcholæ Peripateticæ, ſed Platonicæ, quæ animal rationale in Deos, ſeu cælites quoſdam immortales, & in homines diuidebat, vt conſtat ex Timæo, & ex Porphyriana Iſagoge capite de differentia.

Ariſtotelem non ſuo iudicio Deũ animal vocaſſe.

Debuiſſe tamen ab eo vocabulo abſtinere.

Schola Platonica animal rationale in Deos & homines diſtribuebat.

*Capitis ſeptimi Explanatio.*

CVm igitur tres ſint) Non parua eſt interpretum diſſenſio quid hoc loco monſtrare velit Ariſtoteles. Dicendum tamen propoſitum illi eſſe eum motum, quo primum mobile à motore primo agitur, indagare. Docet ergo in primis lationem inter omnes motus primam eſſe. Nam cùm motus triplex ſit, vt 5. libro explicatũ fuit: ad quantitatem, ad qualitatem, & ad locum, hunc alios antecedere inde patet, quia cęteri abſque illo eſſe nequeunt. Etenim, vt in primo de generatione ex profeſſo diſſeritur, nihil poteſt accrementa ſumere niſi alteretur; nec poteſt alterari niſi loci mutatione præeunte: ſiquidem alimen-

Excellentia motus localis.

## CAP. VII.

Text. 54. *PErſpicua vero etiam magis hæc fient, ſi aliunde exordiamur. Diſpiciendum enim eſt, vtrum continuus aliquis motus eſſe, nec ne poſſit, & ſi poteſt, quis ſit, & quis motuum primus. Conſtat enim ſi motum perpetuo eſſe neceſſe eſt, primus autem hic & continuus eſt, primum mouentem, hunc motum efficere, quem vnum & eundem eſſe continuũ & primum neceſſe eſt.* Text. 55. *a Cùm igitur tres ſint motus, is, qui in magnitudine, & is, qui in loco quem græce, φορὰν, hoc eſt lationem nuncupamus, hunc eſſe primum neceſſe eſt. Accre-*

Alimentum partim eſſe diſsimile, par tim ſimile rei, quę nutri tur.

alimentum, cuius acceſſu res accreſcit, partim eſt diſsimile, partim ſimile; diſsimile, quia rei alendę primum aduerſatur, vtpote contrarijs affectum qualitatibus; ſimile, quia viuens miniſterio altricis virtutis ipſum decoquit, & pręparat, ſibique tandem aſsimilat; hoc autem non niſi alterando pręſtat. Deinde quod hanc alterationem latio pręeat ex eo ſuadet, quia alterans educit de poteſtate in actum rem, in quam agit; atque ita non ſemper erga illam eodem modo affectum eſt. Quare oportet vt ad agendum, patiendumque ſeſe ambo accommodent, ac ſibi mutuo accedant, quod lationis interuentu fit. Ita verò patet lationem eſſe primum omnium motum, immo & perpetuum, cùm ſemper motus detur. Porro autem cùm duplex ſit latio, circularis, & recta, & illa prior ſit, quàm hęc, vt progreſſu planum fiet, conſtat motum circularem inter omnes motus, etiam locales, primum locũ obtinere.

Duplex latio.

Veterum dogma de raritate & denſitate.

b Cum autem affectionum) Aliud ſubijcit argumẽtum ex ſentẽtia veterum philoſophorum, qui raritatem & denſitatem omnium qualitatũ principia faciebant, & denſitatem ipſam coitu, raritatẽ diſsipatione partiũ fieri arbitrabantur, ijsdemque rerum generationem, & interitum conſtare aiebant. Cùm enim coitio, ſiue concretio, & diſsipatio abſque latione non detur, patet eos motui locali primum locum dediſſe.

Modi prioris.

c Atque etiam) Vt aperiat qua ratione latio omniũ motuum primus ſit, proponit tres modos prioris, videlicet prius natura, tempore, dignitate. Etſi enim plures numerentur tùm in categorijs capite de hac ipſa re, tum lib. 5. Metaphyſ. cap. 11. tamen hi tres pręcipui habentur.

Prius naturã. Prius tẽpore. Prius perfectione.

Dicitur autem prius natura id, ſine quo aliud eſſe non poteſt, ipſum vero ſine eo eſſe poteſt, vt animal ſine homine, non contra. Prius tempore nuncupatur id, quod prius tempore exiſtit. Prius perfectione, quod excellentiorem obtinet naturam.

Motus localis natura prior cęteris motibus.

d Quare cùm neceſſe ſit) Statuit lationem tribus illis modis, quàm motus alios priorem eſſe. Ac quòd natura prior ſit ita probat. Latio poteſt eſſe abſque alijs motibus: ipſi verò abſque latione eſſe nequeunt: ergo latio prior eſt. Antecedens oſtenditur, quia latio eſt continua; nullus autem cęterorum motuum continuus eſt, ita vt iugem continuitatem abſque intermiſsione habeat. Hoc aſſumptum probatur,

*Accretio enim eſſe non poteſt, niſi alteratio præcedat. Quod enim augeſcit partim ex ſimili, partim ex diſsimili augeſcit, cùm alimentum contrario contrarium dicatur, & quicquid accedit, ſimile ſimili id omne euaſerit. Mutatio itaq; ea, quæ in contraria eſt, alteratio ſit neceſſe eſt. At ſi alteratur id ſit oportet, quod alteret, & ex poteſtate calido actu calidum efficiat. Quamobrem conſtat id quod mouet non ſimiliter ſe habere, ſed ad id, quod alteratur, interdum propiùs accedere, interdum longiùs ab eo remoueri. Hæc vero abſque latione eſſe non poſſunt. Si igitur motum ſemper eſſe neceſſe eſt, lationem quoque neceſſe erit motuum primam ſemper eſſe, atque ſi lationis alia ſit prima, alia poſterior, eam, quæ prima eſt. Omnium etiam affectionum raritas & denſitas principium ſunt, cùm graue & leue, molle & durũ, calidum & frigidum denſitates quædam eſſe & raritates videantur. At vero denſitas & raritas concretio ſunt, atque ſecretio, quibus ſubſtantiarum generatio & interitus eſſe dicitur, quæ autem coguntur & diſijciuntur loco mutari neceſſe eſt. Atqui & eius, quod augeſcit, & imminuitur, magnitudo loco mutatur.* c *Atque etiam ex his, ſi conſideremus, lationem primam eſſe perſpicuum erit. Ipſum enim primum, vt in alijs, ita & in motu multipliciter dici poteſt. Dicitur autem id prius, quod cùm non ſit, alia non erunt, illud verò ſine alijs. Item tempore atque eſſentia.* d *Quare cùm neceſſe ſit motum continenter eſſe, erit autem continenter, aut is qui cõtinuus eſt, aut is qui deinceps, magis verò qui continuus, præſtatq; continuum, quàm deinceps eſſe, atque id, quod præſtat in natura eſſe, modo poſsit arbitramur, poteſt autem continuus eſſe: quod quidem poſteriùs demonſtrabitur: nunc verò ponatur, atque hunc nullum alium niſi lationem eſſe poſſe, certe lationem primam eſſe neceſſe eſt.* Text. 56.

*Nulla*

batur, quia, vti iam oſtenſum fuit, oportet da:i continenter in natura rerum vnum quendam motum; is autem vel continuus erit, vel deinceps: cumque magis conueniat eſſe continuũ (ſiquidem hic eſt magis vnus, & natura ſemper facit optimum quod poteſt) cùm pręterea ſola latio continua eſſe queat, vt progreſſu patebit, fit vt is tantum motus re ipſa perennem continuitatem ſeruet, isque ſemper detur, atque adeò vt prior natura ſit reliquis motibus.

Natura ſemper facit optimum, quod poteſt.

e Tempore autem) Quòd latio cęteros motus tempore antecedat ex eo ſuadet, quia ęternum prius tempore eſt, quam non ęternum; ſola verò latio, quę cœleſtibus ſphęris conuenit, ęterna eſt: cęteri verò motus, vt qui rebus caducis, interituique obnoxijs in ſint, ęterni eſſe nequeũt. At enim quia opponeret quiſpiã in rebus, quę oriuntur, generationem omnium mutationum primam eſſe, motumque localem poſtremum; maximè ſi id, quod gignitur, animal ſit: id enim priuſquam lationem ineat, generari, alterari, & accreſcere oportet. Occurrit tametſi reſpectu rei, quę gignitur, generatio primum locum ſortiatur: ſimpliciter tamen lationem reliquis motibus priorem eſſe: propterea quod neceſſe ſit exiſtere in natura cauſam quandam vniuerſalem, quę loco moueatur, & ad rerum omnium generationem cõcurrat; nempe cœlum. Itẽ verò quia ipſam rẽ genitã antecedit generans, quod iam antea locales mutationes ſubierat.

Motus localis prior tempore.

Obiectio.

Dilutiõ.

*Nulla enim ingruit neceſſitas, vt vel augeatur, vel alteretur, vel gignatur, vel intereat id quod fertur. Harum autem motionum nulla eſſe poteſt ſi continua non ſit, quam primum*

Text. 57. *mouens efficit.* e *Tempore etiam primam cùm ea ſola cieri ſempiternæ res poſſint. At in vnoquoque eorum, quæ generationem ſubeunt & interitum, vltimus motuum latio ſit neceſſe eſt. Nam poſtquam ſunt genita, alteratio primum eſt & accretio: perfectorum autem motus, latio eſt. Verùm aliud prius ſit neceſſe eſt, quod latione moueatur, & his, quæ fiũt, generationis cauſa ſit, generationi minime obnoxium, vt id, quod genuit, eo, quod eſt genitum. Ob hoc enim generatio motionum prima eſſe videbitur, quod genitam rem eſſe primum oporteat. Quod quidem in ſingulis rebus, quæ oriuntur, ita ſe habet, sed aliquid prius ex his, quæ fiunt, moueatur neceſſe eſt, quod ipſum non fiat, & hoc item aliud prius. Cùm autem generatio prima eſſe non poſſit, quæcunque enim mouentur interire poſſent, perſpicuum eſt nec vllum motuum, qui ſunt deinceps, priorem eſſe. Dico verò deinceps accretionem, alterationem, imminutionem, interitum, cùm generatione poſteriores ſint omnes. Quare ſi generatio latione prior non eſt, nec*

Text. 58. *aliarum mutationum vlla erit.* g *Omnino autem id, quod gignitur, imperfectum videtur, & ad principium proficiſcẽs. Quò fit, vt, quod generatione poſterius eſt, natura ſit prius. Omnibus autem, quæ gignuntur poſtremò latio competit. Quamobrem viuentium alia omnino immobilia inſtrumenti penuria sunt, vt plantæ, & animaliũ genera complura, alijs iam perfectis ineſt. Quare ſi latio his magis ineſt, quæ magis naturam adepta sunt, motus quoque hic aliorum primus*

Text. 59. *erit eſſentia tum ob hæc ipſa,* h *tum quia quod mouetur minime omnium motionum latione ab eſſentia abſcedit.*

*Hac*

f Quęcunque enim) Probat generationem non eſſe omnium motuum primum, quia alioqui omne, quod mouetur interiret; ſiquidem oporteret omne mobile, antequam loco moueretur, gigni; quidquid autem gignitur diſſolubile eſt: at quod non omne mobile intereat, patet in ſphęris cœleſtibus.

g Omnino autem id quod gignitur) Lationem dignitate priorem eſſe, ita concludit. Natura progreditur ab imperfectis ad perfectiora: ergo id, quod generationis ordine poſtremũ eſt, perfectione, atque eſſentia primum erit; at rebus, quę gignuntur, motus ad locum vltimo conuenit, vt in animalibus liquet, quorum nonnulla motu carent, vt quę ſcopulis inhęreſcunt: Quę verò mouentur, non niſi cùm ſuam perfectionem obtinuere, & membrorum firmitatem habent, lationem ineunt. Ergo is motus cęteris pręſtat.

Motus localis prior dignitate.



h Tum

Latio nō remouet ſubiectum à naturę ſuę ſtatu.

h Tum quia quod ) Secundò id ex eo comprobat, quia latio inter omnes motus minimè ſubiectum dimouet à naturę ſuę ſtatu. Etenim nec quantitatem mutat, vt accretio; nec qualitatem, vt alteratio; nec ſubſtantiam, vt generatio, & corruptio.

i Ex eo autem ) Tertiò idem confirmat, quia ille motus cæteris pręcellit, quo maximè propriè res per ſe moueri dicuntur: ità verò ſeſe habet motus ad locum. Nam accretio fit etiam ab alimento; alteratio ſępe lationem præ requirit: latio autem per ſe abſque alterius adminiculo, & interuentu adminiſtratur.

Nullum motum præter localem potuiſſe ab ęterno cōtinuari.

k Nunc autem quę ) Inueſtigaturus deinceps qui nam motus inter lationes primus ſit, oſtendit nullum alium motum pręter eum, qui ad locum eſt, potuiſſe ex ęternitate continuari: argumentaturque hoc modo. Cæteri motus verſantur inter oppoſitos terminos, qui & certi ſunt, & intermediam quietem exigunt, cùm ad diuerſos motus ſpectent. Oportet igitur eos omnes finitos eſſe. Aduerte tamen id, quod Ariſtoteles ait de media quiete, non in vniuerſum ita ſe habere: cùm fieri poſſit, vt eodem inſtanti quo calefactio inchoatur, terminetur frigefactio. Itaque ratio probabilis tātum eſt. Qua de re in progreſſu.

*Hac enim ſola nihil, quod inſit, mutatur, quomodo eius, quod alteratur, qualitas, eius, quod augeſcit & decreſcit, quantitas. i Ex eo autem perſpici poteſt maxime, quod mouens ſe ipſū hoc motu, qui in loco fit, maxime proprie ſe cieat, idq́; , quod ſe mouet, rerum quæ mouentur, & mouent principium, & primum eſſe affirmamus. Perſpicuum itaque eſt lationem principatum in motibus tenere.* Text. 60. *k Nunc autem quæ latio prima ſit, demonſtrandum eſt, idque quod nunc, & antea etiam poſitum eſt, continuum aliquem & perpetuum motum eſſe poſſe, eadem methodo ſimul patebit.* Text. 61. *Aliorum ſane motuū nullum continuum eſſe poſſe ex his conſtat. Omnes motus & mutationes ex oppoſitis ſunt in oppoſita, vt generationis & interitus termini, ens & non ens, alterationis contrariæ affectiones, accretionis imminutionis magnitudo & paruitas, aut perfecta & imperfecta magnitudo. Contrarij autem qui in cōtraria. Quod verò cùm prius fuerit, hoc motu non ſemper cietur, quieſcere antea neceſſe eſt. Quare, vt conſtat, id, quod mutatur, in contrario quieſcere:* Text. 62. *l ſimiliter & in mutationibus. Nam quæ ſimpliciter generatio eſt, & interitus, opponuntur, atque etiam ſingulæ inter ſe. Quare ſi fieri non poteſt vt oppoſitis ſimul mutetur, mutatio continua non erit, ſed medium tempus inter eas intercedet. Nihil enim intereſt, contrariæ ſint, an non contrariæ mutationes hæ, quæ in contradicentibus ſunt, modo eidem adeſſe ſimul non poſſint: ad rationem etenim hoc nihil conducit. Nec ſi non neceſſe eſt in contradictione quieſcere, nec item quieti mutatio aduerſatur ( cum id, quod non eſt, fortaſſe non quieſcat, interitus autem in id, quod non eſt ) ſed ſi ſolum inter ipſas tempus ſit: ita enim demum continua non eſt mutatio.*

*Nam*

Oppoſitę mutationes in vnam continuam coaleſcere non poſſunt.

l Similiter & in mutationibus ) Ex oppoſitis mutationibus vnam continuā mutationem confici non poſſe ex eo ſuadet, quia vel res, exempli cauſa, pariter generatur, & interit, atque ita ſimul oppoſitas ſuſtinet mutationes, quod fieri nequit; vel poſtquam genita eſt, ad interitum ruit, ſicque inter generationem & interitum cadit intermedia quies, quę continuitatem ſoluit. Monet verò nihil referre vtrum mutationes, quę inter contradicentes terminos verſantur, propriam habeant contrarietatem, an non; modò ſint eiuſmodi, vt eidem ſimul ineſſe non poſſint. Itemque non oportere rem, quę gignitur, in termino contradicente quieſcere; cùm non dum extet, & nihil niſi, quod exiſtentiam habet, quietem obtineat. Nec denique opus eſſe, vt quieti mutatio propriè aduerſetur, dummodò ratum maneat hiſce mutationibus perennem continuitatem ineſſe non poſſe.

Nihil niſi quod exiſtit, quieſcit.

m Nec verò conturbari ) Quia de motu ſic egit, vt ei duo contraria oppoſuiſſe videatur, nimirum & quietem & motum, quo ad terminum contrarium peruenitur; cùm tamen vni vni tantum contrarium eſſe debeat, occurrit nihil incōmodi eſſe vni duo aduerſari, alia tamē

Vnum vni contrarium.

& alia

& alia ratione: quomodo æquale & mediocre aduerſatur ei, quod excedit, & quod exceditur: illi quatenus ab eo ſuperatur, huic quatenus ſuperat. Sic ergo motus diuerſa oppoſitionis ſpecie alteri motui, & quieti repugnat, videlicet motui contrariè, quieti priuatiuè. Illud tamen certum eſt, oppoſitas mutationes eidẽ ſimul competere nunquã poſſe.

*Nam nec in prioribus contrarietas conducebat, ſed ſimul ineſſe nõ poſſe.* m *Nec verò conturbari quiſpiam debet, quod idem pluribus contrarium eſſe conſequatur, vt motus ſtatui & ei motui, qui eſt in contrarium, ſed id tantum ſumere, cõtrarium motũ & motui & quieti opponi, non ſecus ac æquale & mediocre ei quod excedit & ei quod exceditur. Ad hæc fieri non poſſe, vt ſeu motiones, ſeu mutationes oppoſitæ ſimul inſint.* Text.63. n *In generatione item & interitu omnino abſurdum videbitur, ſi quod genitum eſt affatim interire neceſſe ſit, nulloque tempore permanere. Quamobrem argumẽtum, quod aliorum fidem facit, ex his ſumetur. Naturale enim eſt, vt ſimilis in omnibus ſit ratio.*

n In generatione) Generationẽ & corruptionem inter ſe non continuari ex eo concludit, quod minimè conueniat vt eſſe, quod alicui natura per generationem contulit, id per interitũ confeſtim adimat. Vnde etiam vult rationem duci poſſe ad idem in cæteris motibus, mutationibuſque cõprobandũ.

Generationẽ & corruptionem non cõtinuati inter ſe.

### *Capitis octaui explanatio.*

AT a verò infinitum) Probat iam nullam lationem, circulari excepta ſimul continuam & ſempiternam eſſe poſſe. Motus inquit omnis ad locum aut rectus eſt, aut circularis, aut ex vtroque mixtus: ſed neque rectus, neque mixtus poteſt infinitam habere continuitatem; ergo ſoli lationi, quę in orbem fit, id competet. Aſſumptio probatur, quia magnitudo recta infinita nulla datur, vt libro 3. demonſtratũ fuit: at tam motus rectus, quã mixtus, ſi infinitus ſit, infinitã poſcit magnitudinem. Quo fit vt nequeat is motus perpetuꝰ eſſe niſi mobile retrocedat, ſi autem retrocedat, motus erunt contrarij, quos inter ſe continuitatẽ habere impoſſibile eſt: ſiquidem vt cõſtat ex ijs, quæ libro 5. explicata ſũt, tria requiruntur ad motus continuitatem, videlicet vnitas mobilis, temporis, & formæ, quę in contrarijs motibus ſimul inueniri nequeunt.

Neque motũ rectum, neq; miſtum poſſe habere infinitam continuitatem.

### CAP. VIII.

Text.64. *AT a verò in infinitum aliquem vnum continuumq́ue motum eſſe poſſe, eumq́ue eſſe conuerſionem nunc dicamus. Quicquid fertur aut in orbem, aut per rectã mouetur, aut admiſto motu. Quare ſi illorum neuter continuus motus eſt, nec is eſſe poteſt, qui ex vtriſque cõſtat. Quod autem per rectam ac finitam fertur, continenter non ferri perſpicuum eſt, quippe cum reflectatur. Quod verò per rectam reflectitur, contrarijs motibus mouetur. Is enim quo ſurſum pergitur, ei quo deorſum, loci contrarietate aduerſatur, & is, quo in partem anteriorem ei, quo in poſteriorẽ, & is item, quo ſiniſtrorſum, ei, quo dextrorſum. Hæ enim loci contrarietates. Quis autem eſt vnus atque cõtinuus motus, priùs definitum eſt, eum ſcilicet eſſe qui vnius eſt, & vno tempore, & in eo quod ſpeciei differentiam non habet. Tria namq́ue ſunt id quod mouetur, vt homo vel Deus: & quando, vt tempus: & tertium id, in quo, quod quidem eſt aut locus, aut affectio, aut ſpecies aut magnitudo. At vero contraria ſpecie differunt, & non ſunt vnum. Loci autem quæ commemoratæ ſunt differentiæ.* b *Mo-*

b Motum autem qui) Quòd motus reflexi inter ſe contrarij ſint probat. Quia ſi duo mo-

Motus reflexos eſſe contrarios.

bilia per eandem lineam rectam ſimul ferantur, alterum ab A. in B. alterum à B. in A. mutuò ſeſe impedient, perdentque. Monet autem inter motionem, qua ad ſuperum locum itur, & eam, qua motus ad latus deflectit, prędictam repugnantiam non cerni, cum eę mutationes ſibi impedimento non ſint.

Non poſſe motũ rectũ perpetuã habere cõtinuitatem.

c Sed motum } Rectum motum perpetua continuitate prędìtum dari non poſſe ita oſtẽdit. Motus rectus nequit perpetuari, niſi per recurſum; ſed in puncto recurſus, tam in linea recta, quàm in circulo datur quies: non ergo talis motus perpetuam continuitatem habebit. Antequam verò aſſumptionem probet, ait non idem eſſe moueri in circulum, & ſuper circulo. Nam id quod ſuper circulũ mouetur, poteſt motũ perpetuare, vt in cęleſti motu patet: nõ autem id quod mouetur in circulum, ita videlicet vt procedat ab A. in B. & regrediatur a B. in A. per eandẽ partẽ circuli: in hoc enĩ motu interuenit reflexio, in priori verò non.

d Stare autem } Mobilia in prędictis reciprocationibus retardari probat tũ teſtimonio ſenſuum; tum ratione; priùs tamen duo ſumit. Alterũ, in linea, ſuper qua fit latio, tria reperiri; principium, medium, & finẽ: mediumque cum principio & fine collatum vtriusque rationẽ obtinere, proindeque etſi re vnũ ſit, ratione diuersũ eſſe.

Mediũ punctum lineæ non eſſe medium actu.

Alterũ eſt, medium lineę punctũ non eſſe medium actu, id eſt, ita medium, vt comparatione motus actu ſit principium & finis; ſed poteſtate, id eſt, poſſe tale fieri, ſeu vt tale ſumi à re mota, ſi eo perinde vtatur, ac ſi re ipſa ita ſe haberet.

b *Motum autem qui ex A. in B. eſt ei qui ex B. ad A. cõtrarium eſſe id indicat, quod ſimul ſi fiant, mutuum ſibi ſtatum ac requietem afferunt. Nec ſecus in circulo, vt qui ex A. in B. ei qui ex A. in C. Nam ſi ſint continui, & recurſus nõ fiat, ſeſe mutuò ad ſtatum reducunt, propterea quod contraria viciſſim ſe perdant, atque impediant. Sed non ei qui ſurſum is qui in latus.* c *Sed motum cõtinuum ſuper recta fieri non poſſe, eo maxime licet perſpicere, quòd rem, quæ recurrit, non ſolum ſi ſuper recta, ſed etiam ſi ſuper circulo feratur, ſtare neceſſe ſit. Non enim idem eſt in orbem ferri, & ſuper orbe. Nam id quod mouetur motum interdum continuat, interdum ad id rediens, vnde diſceſſit, recurrit.* d *Stare autem neceſſe eſſe non tantum ſenſus, ſed ratio quoque fidem facit. Atque principium hoc eſt. Cùm tria ſint, principium, medium, & finis; medium cum vtroque comparatũ vtrumque eſt & numero quidem vnum, ratione duo. Prætereà aliud eſt poteſtate eſſe, aliud actu.* e *Quare quodcunque rectæ lineæ punctum, quod inter extrema poſitum ſit, poteſtate medium eſt, actu non eſt, niſi eam diuiſerit, & cùm conſtiterit, rurſus incipiat moueri. Sic verò eſt medium. Nã principium fit & finis, principium quidem poſterioris, finis prioris. Dico autem vt ſi A. quod fertur, ſteterit in B. atque ad C. rurſus feratur.* f *Sed cùm fertur continenter, nec acceſſiſſe ad punctum B. poteſt, nec ab eodem receſſiſſe, ſed tantum in momento eſſe, nullo verò in tempore niſi in eo toto, cuius diuiſio eſt. Quod ſi acceſſiſſe quiſpiam & receſſiſſe poſuerit, ipſum A. quod fertur, ſemper ſtabit, cum fieri non poſſit, vt ipſum A. ad B. acceſſerit, & ſimul ab eodẽ receſſerit. Quare in alio & alio temporis puncto. Ita id quod eſt in medio, tempus erit, ipſumque A. in B. quieſcet, nec ſecus in alijs punctis, cum eadem omnium ratio ſit. Cùm autem A. quod fertur ipſo B. medio vt principio & fine vſus fuerit inſiſtat neceſſe eſt, propterea quod duo faciat, perinde atque ſi animo conciperet. Sed ab A. quidẽ puncto, quod principiũ eſt receſſit, in C. verò fuit cũ motionẽ abſoluit ſtetitque.* g *Quo* Text.65.

e Quare quodcumque } Ratio, qua propoſitum concludit, hęc eſt. Nullum mobile poteſt ad punctum aliquod peruenire, ab eodemque recedere, illo vt principio & fine vtendo, niſi antequam recedat, interiecta quiete ſubſiſtat: ſed id, quod reflectitur, peruenit ad punctũ aliquod, & ab eodem ita recedit, vt illo tanquam principio & fine vtatur: oportet igitur vt in eiuſmodi puncto interquieſcat.

f Cùm

f Cùm fertur continenter) Senſus eſt. Id, quod continuo motu agitur, momẽto ſolum, non tempore in B. eſt, niſi dicatur eſſe illic in tempore ratione momenti, quod illius temporis pars eſt: quopacto id, quod fit hodie, dicitur in hoc menſe fieri. Vocat autem momentum diuiſionem temporis: quia tempus momentis diuiditur, ſicuti punctis linea, lineis ſuperficies, ſuperficiebus corpora.

Cur momentum appel et Ariſtoteles diuiſionẽ temporis.

g Quocirca & dubitationi) Contra ſuperiora hunc in modum obijceret quiſpiam. Si mobile ab eodem puncto ſpatij ſimul abeſſe, eidemque adeſſe non poſſet, ſequeretur duorũ mobilium ęquę velocitatis quę in principio duarũ ęquarum linearum cõſtituta eſſent, alterũ prius ad lineæ metam, quàm alterũ peruenturum eſſe; quod eſt apertè falsũ. Probatur ſequi: ſit enim linea A. B. C. cuius medietas ſit B. C. Deſigneturque alia linea D. E. ęqualis medietati B C. tũc moueatur mobile F. motu continuo ſuper tota linea A. B C. in inſtanti autem, in quo veneit ad pũctũ B. incipiat moueri mobile G. ſuper linea D. E. & ſit ęquę velocitatis cum mobili F. tunc mobili G. prius veniet ad punctum E. quam mobile F. ad punctũ C. quia cùm mobile G. diſcedat à puncto D. in eodem temporis puncto in quo mobile F. venit ad punctũ B. & mobile F. vt ais, non poſſit ſimul idẽ abſcedere: ſequitur mobile G. prius diſcedere à

Obiectio.

Text. 66. *g Quocirca & dubitationi hunc in modum occurrendum eſt. Exoritur enim hæc dubitatio. Nã ſi E. linea lineæ F. æqualis ſit, atque A. continue ab extremo ad C. feratur, ſimulque A. in B. ſit puncto, & D. ab F. extremo æqualiter, eademque celeritate ad G. feratur, ipſum D. antea ad B. perueniet, quã A. ad C. quod enim prius receßit ac abijt, id priùs accedat neceſſe eſt. Nec verò ipſum A. in B. ſimul fuit & ab eodem receßit: quæ cauſa eſt, vt poſterius perueniat. Nam ſi ſimul, non poſteriùs perueniret. At neceſſe eſt conſiſtere. Cùm itaque A. in B. fuit, D. ab F. extremo ſimul moueri poni non debet. Nam ſi A. in B. fuit, ab eo etiam diſceſsit, idque nõ ſimul. At in diuiſione temporis in illo erat & non in tempore. Hic igitur in continuo ita dici non poteſt. In eo vero, quod retrocedit, ita dicere neceſſe eſt. Nam ſi G. ad D. feratur, rurſusque retrocedens deorſum cieatur, D. vt principio & fine vtitur, vno ſcilicet puncto, vt duobus. Ideo inſiſtat neceſſe eſt, nec ſimul ad D. acceſsit, & ab eo diſceſsit. Eodem enim*

Text. 67. *momento ibi eſſet, ſimulque non eſſet. Atqui ſolutio ea afferenda non eſt, quam nuper attulimus, cùm dici non poſsit, G. in diuiſione in D. eſſe, & nec acceſsiſſe, nec receſsiſſe. Nam ad finem, qui actu eſt, non autem poteſtate, accedat neceſſe eſt. Id verò, quod eſt in medio poteſtate eſt, hoc autẽ actu, & finis quidem, cùm ex loco infero in ſuperum itur, principium, cùm ex ſupero in inferum. Quare & ipſorum motuum ſimiliter. Quod igitur ſuper recta retrocedit, conſiſtat neceſſe eſt, ita cõtinuus motus ſempiternus eſſe ſuper recta non poteſt. h Eodem modo his occurrendum eſt, qui Zenonis rationem interrogando afferunt, petuntque diuiduũ tranſiri ſemper oportere: hæc autem eſſe infinita, & quæ infinita ſunt tranſiri non poſſe, vel vt alij eãdem rationem aliter interrogant, petentes, cùm aliquid mouetur, id ſimul quodcumque, quod fiat, dimidium prius enumerare: quare cũ totũ ſpatium trãſierit, fieri, vt numerum numerauerit infinitum: quod quidem omnium conſenſu eſſe non poteſt. In*

puncto quod eſt initium ſuę lineę, quàm mobile F. diſcedat à puncto B. ac proinde citiùs venire ad punctum, qui eſt terminus ſuę lineę. Huic dubitationi reſpondet Ariſtoteles non eãdem eſſe rationem in puncto, quod eſt medium lineę ſupra quam mobile continuè mouetur, atque in puncto reflexionis. Etenim punctum, quod eſt in medio, non eſt actu finis nec principium, ſed poteſtate duntaxat, ac proinde mobile non vtitur eo quaſi eſſet actu duo, nec ad illud acceſsiſſe, & receſsiſſe perhibetur quamdiu vt punctum medium ſumitur, ſed tantùm dicitur per inſtans in eo fuiſſe: at verò punctum reflexionis actu eſt finis vnius, & exordium alterius, ideòque dicendum non eſt mobile momento tantùm in eo fuiſſe, ſed ad illud perueniſſe, deinde abſceſsiſſe; atque adeo inter eum acceſſum, & abſceſſum interiecta quiete à motu aliquandiu ceſſaſſe.

Reſponſio.

Punctum, in medio nõ eſt actu finis, nec principium.

h Eodem

Ratio Zenonis.

h Eodem modo) Conabatur Zeno motum tollere tum alijs rationibus, tum ea, quod ſi motus eſſet, cùm in quolibet ſpatio inſint infinita dimidia motu percurrenda, oporteret infinitum finito tempore tranſiri: quod repugnat. Huic argumento reſpondet Ariſtoteles lib. 6 nihil mirum ſi infinita dimidia ſpatij finito tempore conficiantur, cùm in ipſo etiam tempore finito inueniantur infinita dimidia ſpatij dimidijs ſeſe adęquantia.

Reſp. Ariſto.

Porro hęc reſponſio etſi & ad diſputantem ſatis fuerit, tamen ad rem ipſam, & veritatem non omnino ſatisfacere videtur, cùm adhuc omiſſa magnitudine ſuperſit explicandum quo nam pacto infinitę partes temporis intra ſinitę durationis terminos pertranſeat.

Alia reſponſio ad rei naturam ſimpliciter accommodata.

i Verum dicendum eſt) Zenonis argumento eã nũc adhibet reſponſionem, quę ad rei naturã ſimpliciter accommodata ſit, & cum ijs quę proximè dicta ſunt, cohęreat. Traditum eſt enim puncta in media magnitudine poteſtate duntaxat, nõ actu eſſe, in actũ autẽ venire ſi quis lineã ſecuerit. Hoc ipſum ait de partibus magnitudinem integrantibus affirmari poſſe: videlicet poteſtate ſolùm plures, atque infinitas eſſe, ijsque continuatis dari motũ continuũ, actu verò diuiſis continuitatem illico diſſolui. Igitur quęrenti num infinitę partes temporis, ſeu magnitudinis pertrãſiri poſſint, reſpondẽdum erit partim poſſe, partim non poſſe. Si enim actu ſint, non poterunt; quia repugnat percurri infinitũ actu: ſi poteſtate, quomodo ſunt in continuo, nihil obſtabit, quominus percurrantur: conficiuntur enim tunc ex accidente, ideſt ratione totius & per modum vnius.

Repugnat percurri infinitũ actu.

*In primis igitur de motu ſermonibus eo diſſoluebamus, quod tempus infinita in ſe haberet. Nullum enim incommodum eſt, ſi tempore infinito infinita aliquis tranſeat. Æquè autem infinitum in longitudine ineſt, ac tempore. Sed hæc ſolutio ad interrogãtem quidem ſatis eſt, cum interrogaretur an finito tempore infinita tranſiri, ac numerari poſſent. Ad rem autem ipſam & veritatem non eſt ſatis. Nam ſi longitudine omiſſa, & interrogatione, an finito tempore infinita poſſint tranſiri, de ipſo tempore aliquis hæc interroget, (infinitas enim tempus habet diuiſiones) ea ſane ſolutio haudquaquam ſufficiet. Verum dicendum eſt, quod in proximis diximus ſermonibus. Nam ſi aliquis continuum in duo diuidat dimidia, is vno puncto, vt duobus, vtitur, quippe qui illud & principium faciat, & finem. Ita autem facit tum is qui numerat, tum is, qui in dimidia diuidit, quo quidem ſic diuidente, nec linea continua erit, nec motus, quòd rei continuæ continuus ſit motus. In continuo autem inſunt quidem infinita dimidia, non actu ſed poteſtate: quod ſi actu fecerit, cõtinuũ non faciet, ſed ſtabit: quod accidere ei manifeſtum eſt, qui dimidia numerat, cum vnum punctum, vt duo neceſſariò numeret. Namque alterius dimidij principium erit alterius finis, niſi continuam lineam vt vnum, ſed vt duo numerat. Quare ad interrogantem, ſi infinita aut in tempore, aut in lõgitudine poſſint tranſiri, dicendum eſt, partim poſſe, partim non poſſe. Quæ enim actu ſint non poſſe, quæ autem poteſtate, poſſe. Nam qui continue mouetur ex accidenti infinita tranſijt, ſimpliciter vero minime: quandoquidem lineæ accidit, vt dimidia ſint infinita, eiusque eſſentia diuerſa habeatur.* Text. 68.

*k Perſpicuum verò etiam eſt, ſi quiſpiam temporis punctum, quod prius poſteriusque diuidit, ratione ad rem habita, poſteriori ſemper non tribuat, fieri, vt idem ſimul ſit & non ſit, & cùm factum eſt, non ſit. Punctum quidem vtriuſque commune eſt, nempe prioris & poſterioris, & vnũ ad idem numero eſt, ratione verò non idem, cùm alterius finis ſit, alterius principium, at rei habita ratione poſterioris eſt ſemper affectionis.* Text. 69.

De momento quod ſecat prius & poſterius.

k Perſpicuum verò) Tradiderat paulò ante non poſſe in eodem momento dari acceſſum mobilis ad aliquod punctum ſpatij, & receſſum ab eodem, id ipſum nunc diligentiùs comprobat momenti naturam explicando. Docet igitur momentum quod prius & poſterius ſecat, licet ex ſe ad vtranque pertineat tanquam finis vnius & initium alterius: tamen ſi rei, quę mouetur, ratio habeatur, poſteriori tempori aſcribendum eſſe, alioqui futurum vt idẽ ſimul

Sit

ſit,

ſit, & non ſit; itemque vt cùm res genita eſt, non exiſtat, verbi gratia, ſi aliquod corpus ex albo nigreſcat, inſtans quod diuidit tempora, in quibus id modo album, modò nigrum vocatur, ad vtrunque eorum temporum ſpectat, eſtque terminus eius, in quo fuit album, & exordium illius, in quo eſt nigrum. Verũtamen ſi attendatur ad ſubiectum, quod ex albedine ad nigredinem tendit, tunc eiuſmodi inſtans nigredini erit aſcribendum, pronuntiandumque tale ſubiectum in eo inſtanti nigrum effectum eſſe: alioqui ſi tam ad albedinem quam ad nigredinem pertineat, dicetur res ſimul alba, & non alba, ac poſtquam nigra euaſit, non dũ nigra erit. Quod hunc in modũ Ariſtoteles cõcludit. Sit tempus A. B. ſit momentum C diuidẽs A. & B. ſit mobile D. ex albedine ad nigredinem tendens; quod toto tempore A. fuerit in albedine, & toto B. ſit in nigredine. Si C. inquit, cõmune eſſet ipſis A. & B. habita ratione D. ſequeretur D. in ipſo C. eſſe album & non album, album, quia in quolibet momento ipſius A. erat albũ; non album, quia in quolibet ipſi9 B. atq; adeo in C. quod eſt eius principium, nõ eſt album. Quare ne hoc abſurdum admittatur, dicendum erit C. ad ſolum B. ſpectare, & in quolibet momento ipſius A. rem eſſe albã, in quolibet ipſius B. atque adeo etiam in C. nigram eſſe. Deinde quod de motu aſſeruit, idem de generatione, & corruptione ſuo modo exiſtimandum eſſe monet. Hinc verò notum haberi vult momentum eſſe quidpiam inſectile, proindeque verum eſſe, quod antea tradiderat, nimirum in eodem inſtãti acceſſum, & receſſum eiuſdem mobilis dari non poſſe. Non dari in eodem inſtã ti acceſſum, & receſſum.

*Sit tempus A. C. B. res D. E. quæ in toto tẽpore A alba ſit, in B. verò non alba. In C. igitur alba & nõ alba, cùm in quouis ipſius A. verè dicatur alba eſſe, ſi omni hoc tempore erat alba & in B. non alba, ipſumq; C. vtrique cõmune eſt. Non itaq; dandum eſt in toto, ſed vltimum C. excipiendũ, atq; hoc quidẽ poſterius eſt. Atque ſi album in toto A. aut fiebat, aut peribat in A, in C. profectò factum eſt aut perijt. Quare album eſſe, aut non album in eo primùm verè dicitur: aut cùm ortum eſt, non erit; & cum interijt, erit: aut ſimul album & non album, & ens omnino, atque non ens ſimul eſſe neceſſe eſt. Quòd ſi id, quod cum ſit, prius non erat neceſſariò gignitur, & tum cùm giginitur, non eſt, fieri non poteſt, vt tẽpus in indiuidua tempora diuidatur. Nam ſi in A. tempore, D. album fiebat, ſimulq; factũ eſt, & in alio eſt indiuiduo tẽpore, quod hæret, nempe in B. ſi in A. fiebat, non erat, in B. autem eſt, generatio aliqua media ſit neceſſe eſt. Quare & tempus erat, in quo factum eſt. Non enim eadem bis erit ratio, qui indiuidua non ſtatuunt: ſed factum eſt, & in temporis eius, in quo fiebat, puncto extremo eſt, cum quo nihil cohæret, neque deinceps ſequitur. Indiuidua autem tempora deinceps ſequuntur. Perſpicuum autem eſt ſi in toto tempore A. fiebat, id tẽpus, in quo factum eſt & fiebat, eo omni,*

Text. 70. *in quo duntaxat fiebat, maius non eſſe.* I. *Atque hæ quidem, & aliæ quædam eiuſmodi propriæ ſunt rationes, quibus aliquis ductus hoc crediderit. Logice autem ſi conſideremus, hoc ipſum ex his effici cuipiam videbitur. Nam quicquid cõtinuè mouetur, quo latione peruenit, eo quoque, ſi nihil prohibeat, antea ferebatur. Vt ſi in B. peruenit, in B. quoque ferebatur, nec tum ſolum cùm prope erat, ſed mox atque incepit moueri.* Cur

I. Atque hę quidem) Redit ad inſtitutum, probatque alijs rationibus communibus tamen & logicis, hoc eſt, probabilibus motus reflexos continuos eſſe non poſſe, ducitque in primis aduerſarium ad duo abſurda hoc modo. Motus ab A. in B. (vt ait) eſt continuus cũ motu à B. in A. ergo cum mobile incipit moueri ab A. in B. ſimul etiam dicetur moueri à B. in A. quia omne, quod continuo motu cietur, vbi primum moueri incipit, dicitur moueri ad quẽcunq; terminum peruenire tandem debet. Cum igitur motus ab A. in B. & à B. in A. ſint cõtrarij, admittendum erit idem mobile ſimul contrarijs motibus agitari, quod à vero abeſt. Deinde cum mobile incipit moueri ab A. in B. iam mouetur ad A. ſed nihil proficiſcitur in contrarium niſi ex ſuo contrario: ergo cùm primùm incipit moueri ab A. antequã perueniat ad B. iã mouetur ex B. in quo neq; eſt, neq; vnquam fuit, quod perſpicue abſurdum eſt. Nihil proficiſci in contrarium niſi ex cõtrario.

m Pręterea ex hiſce ) Alia ratione idem comprobat. Omne inquit mobile, quod motu aliquo cieri debet, nec dum tamen cietur, opus eſt vt prius ſit in quiete ei motui contraria, qualis eſt quies in termino à quo: cùm enim alterum priuatiuè oppoſitorum abeſt, adeſſe alterũ neceſſe eſt; atqui cùm mobile mouetur ab A. in B. non dum mouetur motu reflexo, qui fit à B. in A. alioqui moueretur ſimul motibus contrarijs; ergo antequam tali motu moueatur, quieſcere oportet in termino à quo, ſcilicet in B. ac proinde dabitur quies inter illos duos motus, ex quo fiet vt continui non ſint.

*Cur enim magis nunc, quàm prius? ſimilisque aliorum ratio eſt. Quod autem ex A. in B. fertur, rurſus in A. continuo veniet motu. Cùm igitur ex A in B ferebatur, tum quoque eo motu ferebatur, qui eſt ex C. in A. Quare ſimul motibus cõtrarijs qui recti ſunt. Simul vero etiam ex hoc, in quo non eſt, mutatur. Si itaque hoc eſſe nõ poßit, in C. ſtetur neceſſe eſt. Non igitur vnus motus, cùm vnus is non ſit, qui ſtatu intercipitur.* m *Præterea ex hiſce in omni motu vniuerſe magis* Text. 71.
*planum fiet. Quicquid enim mouetur aliquo dictorum motuũ omnino mouetur, & ſtatibus oppoſitis quieſcit, cùm nullus præter eos alius detur. Quod verò hoc motu non ſemper mouetur (dico autem aliquem eorum, qui ſpecie differunt, non ſi totius aliqua ſit pars) oppoſita quiete quieſcere prius neceſſe eſt, propterea quod quies priuatio ſit motus. Quare ſi motus recti ſunt contrarij, & fieri non poteſt vt contrarijs ſimul motibus moueatur id quod ex A. in C. fertur, ex C. quoque ferri in A. non poterit. Cùm vero non ſimul feratur, eo autem cieatur motu, in C. prius quieſcat neceſſe eſt. Ea enim quies motui, qui ex C, contraria eſt. Ex his igitur quæ dicta ſunt conſtat motum continuum non eſſe.* n *Eſt vero &* Text. 72.
*hæc ratio his, quæ allatæ ſunt, magis propria. Non album enim ſimul interijt, & factum eſt album. Si igitur alteratio, quæ ad album eſt & ex albo, continua ſit, nulloque permaneat tempore, ſimul nõ album interibit, & album fiet, atque etiam non album: idem namque trium erit tempus.* o *Præterea non ſi tempus continuum eſt, iccirco & motus, ſed deinceps. Quo autem pacto contrariorum idem fuerit extremũ, veluti albedinis & nigredinis.*

n Eſt verò & hęc ratio ) Hæc eſt alia ratio ad idem confirmandum, aliquã tulum magis propria, quia petitur ab ijs, quæ magis per ſe motũ attingunt; videlicet. In alteratione ex non albo ad album progrediente, ſimul non album interijt, & factum eſt album: ergo ſi eiuſmodi alteratio continuata ſit cum ea, qua ex albo ad non album fit reflexio, ſequetur ſimul album & non albũ fieri; immo ſimul fieri, & interire albũ, & corrumpi, ac fieri non album. Quod repugnat.

Simul interijt non albũ, & factum eſt album.

o Pręterea non ſi tempus ) Poſtremam affert rationem, quę ſit veluti ſuperiorum correctio. Eſto, inquit, in puncto recurſus nulla foret interiecta quies, non iccirco tamen motus reflexi iudicandi eſſent continui, ſed contigui, ſiquidem ſpecie diſtinguũtur, ſibique mutuò aduerſantur. Quo fit vt eodem termino communi copulari nequeãt. Videtur autem ſignificare hoc loco Ariſtoteles, tametſi hactenus propoſitæ rationes non omnino conuincant dari ſemper in puncto reflexionis quietem; nihilominus illud ſaltem haberi motus reflexos non debere continuos exiſtimari.

# QVÆSTIO I.

## VTRVM MOBILE, QVOD REFLECTITVR; neceſſariò quieſcat in puncto reflexionis.

ARTI-

# ARTICVLVS I.
# PROPOSITÆ QVÆSIONIS enodatio.

De hiſce opinionib9 AEgidius & Venetus ad tex. 65. M. Albert. tract. 3. cap. 2. Iauellus q. 12. huius lib. Maironi9 in 2. d. 13. q. 8.

Diuerſę opi.

IN hac controuerſia, de qua 7. & 8. hius libri capite diſſeruit Ariſtoteles, variæ ſunt interpretum ſententiæ. Nam Auerroes affirmantē partem veram credidit in motibus reflexis naturalibus. Alij eandem in omni motu veram putāt, ſi modò quies accipiatur nō pro negatione motus in tempore, quo ſuapte natura mobile cieri poſſet; quæ eſt propria, & germana huius nominis vſurpatio; ſed pro quacunque motus vacuitate, ſiue momento inſit, ſiue in tempore. Alij contendunt per ſe in omni reflexione dari quietem propriè dictam, ex accidente verò, hoc eſt, ſi mobile aliqua aduentitia neceſsitate aliunde interpellætur, non dari.

1. concluſio.

Verùm omiſſa ad contrarias partes diſceptatione, quatuor concluſionibus hæc quæſtio explicanda eſt. Prima ſit. Cùm mobile ab externo motore per ſpatium plenum cietur, nec ei opponitur corpus durum, aliudvè agens vehementius, à quo aliorſum deflectatur, ſemper datur quies in puncto reflexionis. Hæc concluſio hunc in modum probatur. Sit corpus aliquod graue vt tria, quod impulſu ſex graduum, verbi gratia, per aerem, ſiue aquam in ſublime feratur; huiuſmodi aſcēſui reſiſtunt tres illi gradus grauitatis, & medium, quod ponamus habere quartam partem vnius gradus reſiſtētiæ; ergo tandiu duntaxat impetus ille mouebit ſurſum corpus graue vt tria, quouſque impetus adeo debilitetur, vt ſit tantummodo vt tria cū quarta parte vnius gradus actiuitatis; tunc enim inter impulſum, & totā reſiſtētiam ad motum ſurſum erit proportio æqualitatis; atque adeò ceſſabit actio: ſed deinceps ad deſcenſum tātummodo impellet grauitas vt tria, reſiſtent verò tres gradus impulſus cum quarta parte vnius gradus; medium autem (vt poſuimus) habet aliam quartam partem gradus, qua deſcenſui obſiſtit; ergo, cùm à proportione minoris inæqualitatis non procedat actio, tādiu graue eo in loco quieſcet, quouſque duæ quartæ vnius gradus impulſus remittantur, incipiatque impulſus minor eſſe, quàm virtus deorſum trudens. Adiecimus in hac concluſione, cùm mobile ab externo motore cietur; quia ſi mobile ſit viuens, quod à propria forma agitur, nō eſt, cur tunc in puncto recurſus neceſſariò dāda ſit quies; cùm enim auis exempli cauſa, volatu locum aliquem attingit, nihil ſanè cogit aſſerere nō poſſe illam immediatè poſt inſtans, quo eiuſmodi locum tenuit, ab eodem recedere.

Probatio.

A proportiõe minoris inęqualitatis nō procedit actio.

2. concluſio.

Secūda cōcluſio. Si mobile p ſpatiū vacuū ferretur, nō oporteret in

Cõfirmatio. in puncto reflexionis quietem dari. Hæc ita ſuadetur, ſumatur graue vt tria, quod per ſpatiũ inane impulſu vt ſex aliunde ſibi iniecto in ſuperiorem locum euadat. Huic aſcenſui tantummodò reſiſtit grauitas vt tria; cùm medium nihil obnitatur; ergo tandiu graue in ſublime tendet, quouſque impulſus continua remiſsione debilitetur, perueniaturque ad inſtans, in quo grauitas, & impulſus proportionem æqualitatis inter ſe habeant: ſed immediatè poſt eiuſmodi inſtans iam impulſus erit minor, quàm vt tria; ſiquidem continuè debilitatur; ergo tẽpore ꝓximè ſequẽti mouebitur corpꝰ graue deorſum. Quare nulla tunc quies inter vtrũque motum intercedet; ſed vnum idemque momentum erit ſimul primum non eſſe aſcenſus, & vltimum non eſſe deſcenſus.

3. Cõcluſio. Tertia concluſio. Cùm mobili in ſublime proiecto occurrit deſcẽdens corpus durum, aut quoduis agens fortius, à quo in contrariam partem impellitur, non opus eſt dari quietem in puncto reflexionis.

Probatio. Hæc probatur, etenim ſi grano milij ſurſum proiecto occurrat magna moles ferrea, haud dubiè nulla interponetur quietis mora in pũcto, quo milij granum reflectitur; alioqui eiuſmodi granum molem ferream in medio aere detineret, quod eſt perſpicuè abſurdum.

Quid aſſerendum de quiete cum vnum corpus ad alterum proijcitur. His adde non ſolùm cùm vnum corpus è ſuperiori loco alteri occurrit modo paulò ante explicato; ſed etiam cũ quolibet modo vnũ ad alterum proijcitur, ita vt neutrũ comprimatur, alterivè cedat, haud oportere dari quietem in puncto reflexionis: quod probatur. Nam ſi in eo euentu proiectum corpus quieſceret, ſequeretur non poſſe iam illud cum impetu reſilire, quod experientiæ aduerſatur. Etenim corpus proiectum poſt quietis morulam non poſſet à corpore obiecto moueri; tum quia corpora, quæ attrahendi, & expellendi vi carent, nequeunt loco mouere, niſi ipſa pariter loco cieantur; tum quia cùm naturæ neceſsitate, & non liberè agant, haud dubiè mouerent eo tempore, quo mobile (vt aduerſarij fingunt) interquieſcit; cum patiens agenti, quantum res poſcit, propinquum ſit. Denique quod tunc nec à proiectore per vim impetus ab eo iniecti moueri poſſet, inde patet, quia ſi talis impetus poſt quietem moueret, cur non etiam eo tempore, quo corpus quieſcere dicitur, moueret? Aſſerendum eſt igitur hæc mobilia non quieſcere in puncto reflexionis; ſed primum non eſſe motus directi eſſe vltimum nõ eſſe reflexi, mouerique reciproco motu ab illo ipſo impetu, quo priùs directè ferebantur: hic enim impetus propter obſtaculum, in quod incurrit, ducit corpus in oppoſitam partem, tametſi in eo conflictu

Impetus proiecti corporis in conflictu minuitur. infringatur, & flacceſcat, vt experimento conſtat. Diximus, ſi corpus proiectum, & quod ei opponitur adeò dura ſint, vt neutrum comprimatur, alterivè cedat; quia ſi proiectũ cedat cõprimaturvè, poterit aliqua ſui parte in pũcto reflexionis quieſcere, vt videre eſt in pila ad parietem proiecta: ſenſu enim patere videtur ſuperficiem, qua pila primò parietem attingit, quieſcere in pũcto recurſus. Pila

nanque

naque poſt primum contactum impetus verſus parietem vi comprimitur, ipſumque parietem ſecundum maiorem, ac maiorem ſuæ ſuperficiei partem ſucceſsiuè pertingit, quouſque reſilire, & parietem ſucceſsiuè deſerere incipit.

Quarta concluſio. In cæteris mutationibus, vt plurimùm, datur quies in puncto, vbi fit reflexio, non tamen neceſſe eſt eam quietem perpetuò dari. Prior pars huius aſſertionis oſtenditur. Nam inter generationem, & interitum eiuſdem rei perpetuò cadit quies, ſiquidem ſubſtantia gignitur per primum ſui eſſe; interit verò per primum non eſſe, at inter primum eſſe, & primum non eſſe rei genitæ neceſſe eſt interponi tempus, in quo illa exiſtat; cùm materia non niſi tempore ad aliam excipiendam formam diſponatur. Præterea cùm aggeneratio, & corruptio ſubſtantialis ei oppoſita accretionem, & diminutionem adiunctam habeant, neceſſariò etiam inter accretionem, & diminutionem intercedet quies, propterea quod, vt proximè dictum fuit, nequit noua forma aduenire priore abſcedente, niſi inductis diſpoſitionibus, quæ momento inferri nequeunt: Quod denique inter oppoſitas alterationes maiori ex parte quies intercipiatur, ex eo conſtat, quia rarò accidit agens contrarium ita patienti applicari, vt primum non eſſe vnius alterationis ſit vltimū non eſſe contrariæ. Poſteriorem verò eiuſdem aſſertionis partem ea ratio oſtendit, quia ſaltem in ijs, quæ ad natiuam temperiem redeūt, vt cùm aqua remoto calefaciente ſe ſe in priſtinam frigiditatem reuocat, non eſt incommodum primum non eſſe calefactionis, eſſe vltimum non eſſe frigefactionis.

4. concluſio.

Probatio prioris partis.

Aggeneratiō habet coniūctam accretionem.

Probatiō poſterioris partis.

## ARTICVLVS II.

# OBIECTA ADVERSVS EA, quæ proximè dicta ſunt.

VErū cōtra ea, quæ proximo articulo ſtatuimus, videtur eſſe in primis auctoritas Ariſtotelis ſuperioribus capitibus indiſcriminatim aſſerentis id, quod loco mouetur & reflectitur, quieſcere vbi fit reciprocatio: tum etiam tria potiſsimum argumenta, quibus id ſtabilire adnixus eſt. Primum, quia ſi inter motum directum, & reflexum non daretur quies, eſſent ij motus inter ſe continui, proindeque contrarij motus, atque adeò ſpecie diſtincti inter ſe continuarentur, quod fieri nequit. Deinde quia mobile, quod reflectitur, exiſtit in puncto reflexionis tanquam in principio, & fine actu: quod non videtur in eodem inſtanti poſſe fieri. Poſtremò, quia mobile, antequam moueri incipiat, quieſcere debet ſub termino

Argumenta Ariſtotelis.

1.

2.

3.

no à quo. Quare cùm terminus ad quem motus directi ſit terminus à quo reflexi, neceſſariò mobile interquieſcet in puncto reflexionis.

Alia argumẽta contra primam concl. Deinde contra primam concluſionem hunc in modum obijcitur. Vbi primùm ceſſat aſcenſus lapidis mox vaneſcit totus impetus, quo ſurſum ferebatur: ergo nihil moræ inter eius aſcenſum, & deſcenſum interponetur, atque adeò nulla illic dabitur quies. Probatur antecedens, quia, vt docuit Ariſtoteles hoc in libro cap. 10. text. 82. cauſa motus proiectorum eſt in medio; medium autem non impellit niſi dum à tergo vrgens per ſuum motum vehit mobile; ergo vbi primum lapis deferri deſijt, omnis impulſus ceſſat.

Contra ſecũdam. Item contra ſecundam. Ipſa intercapedo ſpatij vacui remoratur mobile, alioqui per vacuum fieret motus in inſtanti; ergo mobile in vacuo non poterit immediatè poſt primum non eſſe aſcenſus moueri.

Contra tertiam. Denique aduerſus tertiam. Si ænea pila atramento conſperſa ſurſum iaciatur, eique occurrat corpus durum, inficietur eiuſmodi corpus atramento pilæ; hæc autem infectio non videtur poſſe momento fieri; fit igitur in tempore quieſcente pila. Deinde ſi moles ænea minimè cedens ad parietem allidatur, cùm illum ſecundum partes aliquas diuiduas tangat, nequibit ſecundum eas omnes partes ſimul diuelli, ne interim dũ aer ad pũctũ mediũ accurrit, in interiecto ſpatio vacuum detur, vt in 4. huius operis libro dicebamus. Neceſſe eſt igitur mobile interquieſcere dum aliæ, atque aliæ partes ſuccedente aere paulatim abiunguntur. Quare non videtur negandum in hiſce euentis inter acceſſum, & receſſum corporum, mediam quietem interponi. Cap. 9. q. 1. ar. 5. in ſol. 4.

## ARTICVLVS III.

## DILVTIO OBIECTORVM.

NIhilominus dicendum vera eſſe, quæ articulo proximo aſſeruimus. Ac primum quod ad Ariſtotelem attinet, ſunt qui illum hac in re parum attentè philoſophatum eſſe dicant. Alij verò eum ab hac calumnia, vti par eſt, vindicant, aiuntque ideo loco citato docuiſſe dari quietem in puncto reflexionis, quod maiori ex parte dari ſoleat; ac tametſi videatur id vniuerſim concludere; non proinde tamen cenſuiſſe oſtẽſum id ab ſe rationibus firmis, ſed probabilibus tantùm, & ad veritatis ſpeciem adductis, diſputaſſe. Quare ſoluenda à nobis erunt eius argumenta quatenus abſolutè aſtruere videntur neceſſariò prædictos motus intermedia quiete diſiungi.

Reſpõſio ad 1. arg Ariſtotelis. Ad primum neganda eſt conſecutio ex ipſius Ariſtotelis doctrina hoc in libro ad initium capitis. 9. text. 73. vbi docet ſufficere aliquando

quando vnum, idemque momentum ad diſiungendos, & diſcontinuandos motus duos, vti videre eſt in deſcenſu canis, qui de turri decidens in medio lapſu intermoritur; in eo namque deſcenſu vnũ, & idem inſtans motum canis à cadaueris motu diſtinguit; cùm idem ſit primum non eſſe prioris motus, & vltimum non eſſe poſterioris; ſiquidem in eo puncto temporis, quo canis interit, ceſſat eius motus, (quia ad motus ſingularitatem, exigitur rei motæ identitas) & in eodem incipit motio cadaueris; quod qua ratione intelligendum ſit libro.5. expoſuimus.

Ad ſecundum inficiamur non poſſe idem punctum eſſe actu principium & finem, quatenus in eodem inſtanti alio, atque alio modo ſumpto terminari, & inchoari poſſunt motus totales diuerſi, vt proximè diximus. Ad 2.

Ad tertium neganda eſt propoſitio; fieri enim poteſt, vt lationem ſine vlla morula alteratio continenter ſequatur. Quæ eſt ipſius auctoris ſolutio. 5. huius operis cap. 4. text. 40. Ad 3.

Quæ verò à nobis obiecta fuere, ita diluentur. Ad id, quod contra primam concluſionem oppoſuimus, dicendum impulſum, quo lapis defertur, in ipſo lapide hærere. Neque Ariſtotelem loco citato totam cauſam motus proiectorum ad medium referre; ſed affirmare eiuſmodi motum dependere partiatim à medio, quatenus impetus, quo proiecta feruntur, vi medij à tergo vrgentis incrementa ſumit, vt fuit à nobis. 7. libro explicatum. Dilut. obiec. cõtra 1. cõcl. C.2.q.1.ar.8.

Ad aliud contra ſecundam occurrendum, etſi propter ſpatij vacui intercapedinem neceſſariò mobile tempus conſumat; non poſſe tamen ſpatium vacuum, mobile ne moueatur detinere, cum ea detentio non niſi à reſiſtente fieri queat; quod in vacuo nullum eſt. Dilut. obiec. cõtra 2. cõcl.

Ad primum contra tertiam reſpondendum eſt, dum pila ænea atramento illita alterum corpus imbuit, ipſum atramentum, hoc eſt, corpus, in quo ater color ineſt, neceſſariò cedere, deprimique aliquantulum, ac proinde in eo euentu morulam cadere, & quietem, vti ſuperiùs, de pila, cuius partes ob mollitudinem cedunt, aſtruximus. Dilut. 1. obiec. cõtra 3. cõcl.

Ad ſecundum dicito, Si inter pilam, & corpus, quod tangitur nihil aeris, aut alterius corporis, quod illico metu vacui rareſcat, interiectum ſit, (intercipi verò, vt plurimum, ſolet, docente Ariſtotele lib. 2. de anima cap. 11. text. 113.) tunc nequire immediatè poſt momentum contactus totam pilam à pariete diuelli, atque adeò quietem aliquam inibi futuram. Sedenim id non ex vi motus reflexi, ſed propter vacui periculum eueniet. Dilut. 2. obiec. contra eandẽ concl.

QVAESTIO

# QVÆSTIO II.

## DE INCEPTIONE, ET deſitione rerum.

### ARTICVLVS I.

### PRÆLVDIA AD FVTVRAM diſputationem.

HVius controuerſiæ occaſio ſumpta eſt ex ijs, quæ tradidit Ariſtoteles tum cap. 8. huius libri text. 65. tum libro 6.cap.5.text.43.& ſequentibus, vbi quædam ad rerum inceptionem, & deſitionem ſpectantia perſtrinxit. Vt autem quid dicendum ſit aperiamus, nonnulla prænotanda erunt. Primum ſit, inceptionem ſignificare initium durationis rei, deſitionem vero finem durationis eiuſdem. Quò fit vt qui quonam pacto res incipiant, ac deſinant inquirit, non aliud ſciſcitetur, quàm quomodo ſe habeant inſtantia, quibus vtrinque rei duratio clauditur, an ſcilicet ex parte principij connumerandum ſit inſtans cum tempore, in quo res exiſtere dicitur, ita vt in illo iam ſit, & immediate ante non extiterit, an verò pertineat ad tempus præteritum, in quo res nondum erat, ita vt in ipſo nondum exiſtat, ſed immediatè poſt. Similiter ex parte finis pertineat ne inſtans ad id tempus, in quo res adhuc eſt, ita vt in ipſo res exiſtat, & immediatè poſt non ſit, an verò ſpectet ad tempus futurum, in quo res iam non exiſtit, ita vt in eo inſtanti non ſit, & immediatè ante extiterit. Ex quibus intelligere fas erit vnamquanque rem altero duorum modorum incipere; nimirum vel in inſtanti, quo ita eſt, vt immediate ante non fuerit, quod philoſophi in ſcholis vocant incipere per primum ſui eſſe ſiue intrinſecè; vel in inſtanti, quo ita non eſt, vt immediate poſt ſit, quod appellant incipere per vltimum non eſſe ſiue extrinſecè. Pari etiam ratione colligere licebit altero duorum modorum quamlibet rem deſinere; aut ſcilicet in inſtanti, quo ita eſt, vt immediatè poſt non ſit, quod vocant deſinere per vltimum ſui eſse & intrinſecè, aut in inſtanti, in quo ita non eſt, vt immediatè antea fuerit, quod appellant deſinere extrinſecè, ſeu per primum ſui non eſſe.

*Inceptio, & deſitio quid.*

*Quot modis res incipiãt.*

*Quot modis res deſinant.*

Deinde aduertendum eſt etſi quædam entia ſint, quæ, vt libro.4. expoſuimus, neque inſtantibus noſtri temporis, neque tempore mẽſurentur, vt Angeli; poſſe nos tamen eorum inceptionem, & deſitionem *Cap.14.q.1 art.1.*

tionem

tionem ad noſtra inſtantia, tempusque coaptare, ita vt dicamus ea incipere per primum ſui eſſe, cùm eorum inceptio reſpondet alicui noſtri temporis inſtanti, in quo iam ſunt; & incipere per vltimum non eſſe ſi non exiſtant, niſi immediatè poſt aliquod inſtans noſtri temporis.

## ARTICVLVS II.

# DE INCEPTIONE, ET DESITIONE rerum ſucceſsiuarum, inſtantium, aliorumque id genus.

C.6.q.1.ar.2. VT igitur à rebus, quæ in ſucceſsione conſiſtunt, ordiamur; ſit prima aſsertio. Motus, & tempus incipiunt per vltimum ſui non eſſe, deſinuntque per primum ſui non eſſe. Hæc aſsertio ita probatur. Motus, & tempus, vt 6. lib. oſtenſum fuit, non poſsunt in inſtanti eſſe; ergo non habent primum, neque vltimũ inſtans, in quo ſint, atque adeò non incipiunt per primum ſui eſſe, nec deſinunt per vltimum ſui eſſe; ſed quæcunque non ita incipiunt, & deſinunt, neceſsariò incipiunt per vltimum non eſſe; & deſinunt per primum ſui non eſſe igitur; motus & tempus incipiunt, & deſinunt prædicto modo. Id quod de motu diximus, pari ratione de quiete aſserẽdum eſt. Nam quies, cùm ſit negatio motus in ſubiecto apto, & in tempore à natura conſtituto, neutiquam in inſtanti eſſe poterit; ſed in tẽpore, vt Ariſtoteles lib. 6. huius operis, cap. 3. text. 30. probat. 1. aſſertio. De inceptione, & deſitione motus, & temporis.

Quare non rectè quidam negantes quietem in inſtanti eſſe, eam nihilominus deſinere inquiunt per vltimum ſui eſſe; conuincuntur enim malè concedere, quod rectè negant; ſiquidem quicquid per vltimum ſui eſſe deſinit, in inſtanti eſt; quia de eo verè dicimus, nunc, ideſt, in hoc momento exiſtit, & immediatè pòſt non erit; quare exiſteret quies in momento, & quod inde conſequens eſt, coguntur prædicti auctores concedere motum in inſtanti. Erit tamẽ qui obijciat. Ariſtoteles. 6. huius operis cap. 3. text. 31. aſserit id quieſcere, quod ſimiliter ſe habet nunc, ac priùs; ſed id quod in tempore antecedente quieuit, ſimiliter ſe habet in inſtanti, quo id tempus clauditur, ac ſe habebat priùs; ergo in eo inſtanti quieſcit. Huic obiectioni, omiſsis aliorum ſolutionibus, occurritur illius loci Ariſtotelici hanc eſſe ſententiam. Illud quieſcit, quod nunc, ideſt, hoc tempore ſimiliter ſe habet, ac priùs. Itaque non oportet, vt quod ante hoc inſtans quieuit, in eodem quieſcere dicatur, in eo enim nec verè dicimus mobile moueri, nec quieſcere; ſed non moueri. Quies nõ deſinit per vltimũ ſui eſſe. Obiectio. Solutio. In inſtãti nec mouetur, nec quieſcit mobile.

Secunda aſsertio. Res permanentes, quæ abſolutè cum motu incipiunt, ac deſinunt, incipiunt per vltimum non eſſe, & deſinunt per primum non eſſe. In hac aſsertione motus nomine intelligenda 2. aſſertio.

eſt quæuis mutatio ſucceſsiua. Diximus, quæ abſolutè cum motu incipiunt, ac deſinunt; quia quæ ſecundum aliquid ſui momentanea mutatione inchoantur, deinde quoad aliud, per motum efficiuntur; ſimpliciter incipiunt per primum ſui eſſe; licet quoad id, quod motu inducitur, incipiant per vltimum non eſſe, vt patet in ſolis illuminatione. Sol enim eo ipſo momento, quo à Deo procreatus eſt, quoquouerſum per totam ſphæræ ſuæ regionem lumen diffudit; & in eodem (extrinſecùs tamen) cœpit per mutationē ſucceſsiuam in omnibus partibus, ad quas mouebatur, lumen augere. Itaque ſubita illa effuſio lucis incepit per primum ſui eſſe; lucis autem circumuectio, & incrementum in alijs, atque alijs hemiſphærij partibus ſucceſsiuè peracta non niſi per vltimum ſui non eſſe inchoata eſt. Aduerte autem cùm dicimus in hoc inſtanti non eſſe motum tempusve, & immediatè poſt fore, nomine inſtantis non eſſe accipiendum verum, & reale inſtans, ſed imaginarium. Nāque vt lib. 6. expoſuimus, ſicuti fieri nequit, vt initio motus detur aliquod mutatum eſſe; ita nec dari poteſt verum, & poſitiuum inſtans, quod ad eum motum, vel tempus intrinſecè attineat; quicquid in contrariam partem ſcripſerit Iandunus eodem lib. q. 15. alijque nonnulli, quos loco citato refutauimus. C. 6. q. 1. art. 1.

3. aſsertio. De inceptione, & deſitione indiuiſibilium.

Sit tertia aſſertio. Indiuiſibilia rerum ſucceſsiuarum, ideſt temporis inſtantia, & puncta motus, quæ mutata eſſe nuncupantur, incipiunt per primum ſui eſſe, deſinuntque per vltimum ſui eſſe. Hæc facilè ſuadetur, quia iſthæc indiuiſibilia habent totum ſuum eſſe in inſtanti, nec valent conſiſtere vltra momentum, quod neceſſariò eſt & primum eſſe eorum; cùm antea non extiterint, & vltimum eſſe; cùm immediatè poſt interitura ſint. Id, quod de indiuiſibilibus temporis, & motus aſſeruimus, dictum quoque volumus de actionibus momentaneis; cuiuſmodi ſunt volitio, & intellectio; cùm per ſolum inſtans durant. In his enim eadem ratio conſpicitur: ſiquidem totum ſuum eſſe in inſtanti ſolùm poſsident, nec ante illud extitere, aut immediatè poſt exiſtent. Sciendum tamen actiones intellectus, & volūtatis non ſemper momentaneas eſſe: cum ſubſtantiæ intellectrici liberum ſit eas tempore conſeruare, non ſolum cum eàdem, ſed cum maiori intenſione, adhibente potentia ſucceſsiuè vehementiorem conatum, vt in 3. lib. diximus. C. 2. q. 1. ar. 3.

Actiones intellectus, & voluntatis nō ſemper ſunt momētaneæ.

Refellitur opinio Gregorij de mora actuū voluntatis.

Verū Gregor. in 1. d. 17. q. 2. art. 2. Lichetus in 2. d. 2. q. 1. alijq; nonnulli exiſtimāt nō poſſe viribus naturæ fieri, vt aliquid præter rerū fluētiū indiuiſibilia, deſinat per vltimū ſui eſſe. Vnde cōcedit Greg. neceſſariò omnē volūtatis actionē aliquāto tēpore durare. Quæ tamē ſentētia minimè ꝓbāda eſt. Poteſt enim volūtas pro ſua libertate eū actū, quē in hoc inſtāti elicuit, immediatè poſt abijcere; alioqui neceſſario etiā per aliquantū tēpus cōtinuaret actū vitioſum, quem ſemel inchoauit, quod nequaquam eſt admittendum.

Lege Scot. in quodlibetis q. 12. art 3.

ARTI-

## ARTICVLVS III.

# DE INCEPTIONE CERTÆ, incertæque formæ in ſubiecto.

SVperiori articulo explicatum fuit quo pacto formæ, quæ motum ſequuntur, ſimpliciter ſeſe haberent quoad deſitionem, & inceptionem, non ſpectando certum vel incertum earum gradum, aut extenſionem in ſubiecto, ſed abſtrahendo conſideratione ab vtroque. Nunc igitur de ijſdem formis ſecundum poſteriorem hunc modum diſceptabimus. Sed obſeruandum primò erit accidentarias formas (loquimur autem de ijs tantùm, quæ & intenſionem, & extenſionem vendicant) licet naturam certam, ac determinatam habeant; poſſe tamen expendi vel ſub certo gradu, & latitudine, verbi gratia, calorem in octauo gradu, quo pacto dicetur à nobis hoc loco forma certa; vel ſub incerta latitudine, vt calor abſolutè; quomodo appellabitur forma incerta. Diuerſa cōſideratio formarum accidentalium. Forma certa. Forma incerta.

Deinde recolendum eſt in qualibet quantitate alias eſſe partes formales, vel quaſi formales, vt puncta, lineas, ſuperficies; alias materiæ vicem obtinentes, nempe cæteras, è quibus corpus categoriæ quantitatis coaleſcit. Porro priores partes, ſi ſumantur verſus eam dimenſionem, quam copulant, vt extima ſuperficies huius tabulæ verſus profunditatem, certæ omnino ſunt. Poſteriores autem poſſunt quidem certæ eſſe, habereque inter ſe ordinem primæ, & ſecundę, ſi ſpectentur ſub tanta, vel tanta dimenſione, verbi gratia, vnius palmi. Verùm ſi aliter accipiantur incertæ ſunt; nec habent ordinem primæ, & ſecundæ, cum ante quamlibet ſit alia prior. Vnde immediatè poſt primam ſuperficiem tabulæ non ſequitur pars aliqua certa verſus profunditatem, ſed infinitæ. Hinc fit vt incipere formam in ſubiecto indeterminato nihil aliud ſit quam incipere in parte indeterminate ſumpta, hoc eſt, in infinitis partibus, quæ pòſt certam aliquam ſuperficiem immediatè ſequuntur. Incipere autem in ſubiecto certo ſit incipere in tanta, vel tanta magnitudine. Quid ſit incipere formam in ſubiecto indeterminato.

His poſitis ſit prima aſſertio. Forma certa in ſubiecto certo incipit per primum ſui eſſe. Probatur, quia ſi non inciperet per primū ſui eſſe, ſed per vltimum non eſſe, daretur inſtans, in quo verum eſſet dicere, Nunc tota hæc pars aquæ, verbi gratia, non eſt calida vt duo, & immediate pòſt erit calida vt duo: quod tamen falſum eſſe oſtenditur. Nam vel in eo inſtanti deſideratur aliquid ad perficiendum calorem vt duo vel nihil: ſi nihil, iam in eo inſtanti tota illa pars erit calida, vt duo, quod negabatur: ſi 1. aſſertio.

vero deeſt aliquid, cùm id non poſsit eſſe inſectile; quia inſectile adiectum alicui non efficit maius, vtique erit ſectile, atque adeò priùs inducetur eius medietas, quàm totum. Quare poſt illud momentum, dabitur quoddam aliud inſtans, in quo tota illa ſubiecti pars nõdum ſit calida vt duo, & ex conſequenti punctum illud temporis antea deſignatum non erat vltimum non eſſe caloris vt duo in tota illa parte. Quo fit vt negari non poſsit prædictum calorem incipere per primum ſui eſſe.

Ante inſtans, quo certa forma incipit, quid deſit. Illud verò hoc loco ignorandum non eſt in toto tempore antecedente momentum, quo certa illa forma incipit per primum ſui eſse, toto, in quam, collectiuè ſumpto, nihil illius formæ deeſſe in acquiri (liceat enim tritum in hac materia loquendi modũ vſurpare) quia in toto eo tempore acquirebatur latitudo illa caloris vt duo; deeſſe tamen in acquiſito eſſe; ſiquidem nondum acquiſitionis motus ceſſauit: at in inſtanti terminatiuo, in quo motus euanuit, adeſſe iam omnes illas partes in ſtatu quieto. Si autem loquamur de tempore antecedente diuiſiuè ſumpto, deeſſe aliquid ſectile, quod acquirendum ſupereſt per ſubſequentem motus partem; cùm in eo pars vna antecedens, alia ſubſequens deſignari poſsit.

2. aſſertio. Sit ſecunda aſſertio. Forma certa in ſubiecto incerto, ſeu indeterminate ſumpto, incipit per vltimum non eſse. Hæc ita probatur. Calor, verbi gratia, vt eſt communis philoſophorum vox, acquiritur in ſubiecto vniformiter difformiter. Erit igitur aliquod inſtans, in quo in prima ſuperficie verſus agens ſit calor vt duo & in partibus, quæ poſt primam ſuperficiem immediatè ſequuntur, ſit quicquid eſt infra calorem vt duo (niſi enim ita res haberet non extenderetur calor

Extenſio vniformiter difformis qualitatum. vniformiter difformiter, vt conſideranti patet) Rurſus eiuſmodi ſubiectum immediatè poſt calefiet; vel ergo immediatè poſt acquiret calorem vt duo, vel minorem. Non minorem, quia ſequeretur non habuiſſe antea quicquid eſt infra calorem vt duo; acquiret igitur calorem vt duo, atque ita calor certus in incerta parte incipiet per vltimum non eſſe. Lib. 1. q. 3.

Obiectio. 1. Sed iam aliquis obijciat. Id, quod in hoc inſtãti deficit ad calorem vt duo eſt quid ſectile; prius ergo eius medietas acquiretur, quam totum; atque ita eiuſmodi calor certus in parte incerta non comparabitur immediate poſt; hac quippe ratione paulo ſuperius ad primã

Obie. 2. aſſertionem confirmandam vſi fuimus. Secundò. Calor extenditur vniformiter difformiter; non poterit ergo certæ intenſionis calor in

Obie. 3. aliquam partem ſubiecti immediate poſt diffundi. Tertiò. Forma certa nequit incipere niſi euaneſcente ea parte motus, per quam inducitur: ſiquidem quãdiu motus durat, efficitur forma, dum autem efficitur, non certa, ſed incerta eſt: atqui non poteſt ea pars motus immediatè poſt interire; quia cùm immediatè poſt ſit futura, eſſet ſimul, ac ſimul interiret, ergo, &c.

Dilut. 1. obie. Ad primum horũ conceſſo antecedente neganda eſt conſecutio.

Nam

Nam cùm id, quod deeſt ad calorem vt duo, incertum, indeterminatumque ſit, vtpote quidquid eſt infra calorem vt duo, nequit in eo deſignari medietas, quæ priùs comparetur: id enim, quod incertum eſt, in duas medietates ſecari non poteſt, ideoque nec licebit accipere inſtans, ante quod totum acquiſitum non ſit in parte incerta. Ratio verò, qua primam concluſionem aſtruximus, ſumebat partem certam, in qua calor, qui deerat, neceſſariò erat certus, proindeque diuiduus in duas medietates. Nam calor, qui certo inſtanti inſidet in parte aliqua certa & definita, non poteſt non certam intenſionem vindicare, ac ſi quid ad calorem vt duo deficit, id quoque certũ eſt.

Ad ſecundum dicendum, quamuis prima veluti productio caloris incedat vniformiter difformiter, poſtmodò tamen etiam vniformiter progredi; aliter non poſſet ignis perfectè ſibi paſſum aſsimilare. Poſtquam igitur calorem vt duo in primam ſuperficiem intulit, ipſum deinde per paſſum effundit, vſque dum id ſibi aſsimilet, & in ignem conuertat. Ac ſaltem in toto minimo, quod verſus ignẽ eſt, negari non poteſt ſæpe numero eſſe calorem vt octo, vniformiter, antequam ignis generetur. Dilut. 2. obi.

Ad tertium dicendum portionem motus, per quam producitur pars illa caloris in parte incerta, immediatè pòſt incipere, & deſinere: id enim nihil eſt aliud, quàm immediate poſt ſequi partes infinitas, eaſdemque euaneſcere; ita tamen vt ſicut non datur prima, quæ incipiat, nec etiam detur prima, quæ deſinat. Dilutio. 3.

Sit tertia aſſertio. Forma incerta in ſubiecto incerto incipit per vltimum non eſſe. Hanc aſſertionem vt probemus ſupponimus id, quod in libris de cœlo oſtẽdimus, nimirum potentias actiuas quoad ſua effecta ſpectata ſecundum diſtantiam, habitaque ratione indiuiſibilium terminorum quantitatis, quibus ſpatium definitur, terminari extrinſecus verſus maximum, ideſt, dari ſuperficiem, in qua, verbi gratia, non ſit lux à corpore lucido producta, & ante illam ſit. Hoc poſito confirmatur aſſertio in hunc modum. Producat corpus lucidum vniformiter difformiter lucem in aere vſque ad non gradũ: vtique dabitur vna ſuperficies, quæ nihil omnino lucis habeat, ita tamen vt in parte aeris illi ſuperficiei immediata verſus ageris ſit aliquid lucis: moueatur deinde corpus lucidum verſus illã ſuperficiẽ, quam anteà luce ſua nõ dum attigerat. In inſtanti, quo moueri cœperit, verè quiuis dixerit in parte aeris, quæ ſequitur poſt prædictã ſuperficiem, nihil eſſe lucis, & immediatè pòſt aliquid lucis futurũ, quod neceſſariò erit indeterminatũ. Igitur forma indeterminata in ſubiecto indeterminato incipit per vltimum non eſſe. 3. aſſertio. Lib. 1. cap. 11. q. 3. Cõfirmatio.

## ARTICVLVS IIII.

## DE DESITIONE FORMÆ, TAM certæ, quàm incertæ in ſubiecto.

ARTI-

1. aſſertio.

QVod verò ad formarum, de quibus hactenus egimus, deſitionem attinet, ſit prima aſſertio. Forma certa in ſubiecto certo deſinit eſſe completa, atque perfecta in ſubiecto per vltimum ſui eſſe; abſolutè vero, ſeu ex toto, ita vt nihil eius remaneat, deſinit per primum non eſſe. Hæc quoad priorem partem ita ſuadetur. Sit calor vt duo in aliquo ſubiecto. In inſtanti, quod eſt vltimum non eſſe motus contrarij licebit dicere. Nunc eſt tota latitudo caloris vt duo in hoc ſubiecto, & immediatè poſt non erit iam tota, quia aliquid per motum abijcietur; ergo & cæt. Deinde poſterior pars oſtenditur. In inſtanti terminante motum, quo eiuſmodi ſubiectum antea calidum, redditum eſt omnino frigidum, fas erit dicere nihil iã in eo eſſe caloris, & immediatè ante aliquid fuiſſe: ergo calor deſijt in ipſo quoad omnem ſui partem per primum non eſſe.

Cõfirmatio prioris partis

Cõfirmatio poſterioris partis.

2. aſſertio.

Sit ſecunda aſſertio. Forma certa in ſubiecto incerto tam ſecundum omnes ſuæ intenſionis partes, quàm ſecundum aliquam earũ, deſinit per vltimum ſui eſſe. Hæc quoad priorem partem videlicet quod calor vt duo, exempli gratia, exiſtens immediatè poſt primam ſuperficiem contiguam agenti aboleatur totus per vltimum ſui eſſe probatur; quia huiuſmodi calor non interit niſi acceſſu frigiditatis etiam vt duo; hæc autem in parte incerta incipit per vltimum non eſſe, vt conſtat ex ſecunda ſuperioris articuli aſſertione. Quare cùm vltimum non eſſe frigiditatis, ſit vltimum eſſe caloris; conſequens fit vt prædictus calor deſinat per vltimum ſui eſſe. Deinde oſtenditur eadem aſſertio quoad poſteriorem partem hoc modo. Si calidum agat in aquam ſummè frigidam, in vltimo non eſſe calefactionis verè quiuis dixerit in parte ſubiecti, quæ eſt vltra primam ſuperficiẽ cõtiguam calido, dari frigus vt octo, & immediate poſt non dari; ſed aliquid iam ei fuiſſe detractum ſubeunte calore. Igitur frigus vt octo in parte incerta deſinit quoad aliquam ſui partem in ſubiecto incerto per vltimum ſui eſſe.

Suadetur quo ad priorem partem.

Quoad poſteriorem.

3. aſſertio.

Sit tertia aſſertio. Forma incerta in ſubiecto incerto deſinit ſimiliter per vltimum ſui eſſe tam quoad omnes partes ſuæ intenſionis, quàm quoad aliquam earum. Hæc quoad priorem partem, ita ſuadetur. In aere vniformiter difformiter illuſtrato neceſſariò datur aliqua ſuperficies, in qua nihil iã inſit lucis, inſit tamen in parte aeris eidem ſuperficiei immediata verſus luminoſum. Hoc poſito, ſi luminoſum retro cõmeet, in inſtanti, quo eiuſmodi retrogreſsio inchoabitur, erit non nihil lucis in parte illa quæ proximè antecedit prædictam ſuperficiem, & immediatè poſt eiuſmodi inſtans, non erit; ſiquidem immediatè poſt ſubtrahitur ab ea luminoſum; ergo cùm ea pars aeris ſit incerta, habetque incertam lucem, vtpote quæ eſt immediatè citra non lucem; perſpicuum relinquitur lucem incertam in ſubiecto incerto in totum deſinere per vltimum ſui eſſe. Deinde probatur eadem aſſertio quoad alteram eius partem. Ea lux, quæ in aere illuſtrato eſt vltra primam ſuperficiem verſus luminoſum, eſt

incerta,

incerta, & in ſubiecto incerto, vt iam patet. Incipiat ergo lumino-ſum retro moueri; immediatè poſt inſtãs, quo moueri cœperit, im-minuetur aliquid de luce, quæ erat poſt primam ſuperficiem: ergo lux incerta in ſubiecto incerto amittit partem ſuæ intenſionis per vltimum ſui eſſe; quod erat probandum.

## ARTICVLVS V.

## DE INCEPTIONE, ET DESITIONE SVB-ſtantiarum, quæ gignuntur, & intereunt, & ea-rum rerum, quæ creantur, quæque in nihilum recidunt.

RElìquum eſt vt de ijs rebus agamus, quæ per generationem, vel creationem incipiũt, quæque per corruptionem, vel ani-hilationem deſinunt. Sit prima aſſertio. Subſtantiæ, quæ gi-gnuntur, & intererunt, incipiunt per primum ſui eſſe, deſinunt per primum non eſſe. Hæc quoad priorem partem corroboratur primũ teſtimonio Ariſtotelis, qui hoc in libro, cap. 8. text. 69. & lib. 6. cap. 5. text. 45. & vbicunque de ortu, & interitu ſubſtantiarum diſſerit; eas momento gigni, momentoque interire docet. Quod confirmat etiam Auerroes 4. libro huius operis comm. 129. & lib. 5. comm. 8. Simplicius eodem lib. ad tex. 8. cæterique philoſophi communi aſ-ſenſu. Poteſt autem hæc ratio ad id probandum afferri. Nam forma rei generabilis non incipit eſſe in materia, niſi in ſtatu, quo incipiat ſeſe tueri ab aduerſarijs, atque etiam operari; cùm vnũquodque ſuæ operationis gratia ſit: at verò vt agere & reſiſtere incipiat, (quãuis ad actionem & reſiſtentiam continuandam non eodem prorſus mo-do res habeat) videtur requiri certæ diſpoſitiones, atque adeò præ-finita extenſio materiæ, ſicuti & ipſa forma certum eſſentiæ limitem habet. Igitur cùm primùm ea materia congruenter præparata eſt, in totam ſimul atque in inſtanti forma inducitur, in eoque res genita ſimul fit, & eſt, proindeque incipit per primum ſui eſſe. Atque hæc ratio etſi non planè rem demonſtret, & cõuincat, tamen in hac mate-ria grauia philoſophorum ingenia ſimilibus argumentis acquieuere, vt propoſitam concluſionem ſtatuerent, & in ſchola celebrẽ facerẽt.

Poſterior pars aſſertionis hunc in modum ſuadetur: ſemper cum generatione vnius rei, alterius corruptio coniuncta eſt; & contrà, vt docet Ariſtoteles 1. de generatione cap. 3. text. 20. Cùm ergo ſub-ſtantiæ, quæ gignuntur, incipiant per primum ſui eſſe, vt oſtenſum fuit, neceſſariò fatendum erit eaſdem, cùm intereunt, deſinere per primum non eſſe; ita vt in eo puncto temporis, quo res genita pri-mum cohæret, iam ea, quæ interijt, non exiſtat.

1. aſſertio.

Oſtenditur prior pars.

Res, quę gi-gnitur, ſimul fit & eſt.

Cõfirmatio poſterioris partis.

Cum gene-ratione vnius ſemper con-iuncta eſt al-terius corru-ptio.

Sit

2. aſſertio. Sit ſecunda aſſertio. Ea, quæ propriè creantur, quæque propriè ad nihilum reuocari queunt, vt Angeli, & animæ rationales incipiunt per primum ſui eſſe. Hæc aſſertio quoad priorem partem ex eo concluditur, quia Deus ad creandum exhibet concurſum infinitæ potentiæ, idque ſine adminiculo vel opera alterius rei, ad cuius moram, & tarditatem ſeſe accommodet, atque adeò ſubitò, & momento creat. Item quia huiuſmodi res habent eſſe indiuiſibile, atque ita ſuapte natura producibile in inſtanti, ſeu per primum ſui eſſe. Conſule D. Tho... con. tra gentes c. 19. & 1 p. q. 63. art. 5. & in 2. d. 1 q. 1. a. 2.

Poſterior verò pars ea ratione confirmatur, quia ſi velit Deus rem quãpiam in nihilum redigere, veriſimile eſt ſubtractum iri ab eo per primum non eſſe concurſum, quo illam antea conſeruabat; maximè cùm eiuſmodi res habeant eſſe momento in nihilum reducibile. Dicimus, ſi velit Deus; quia vt D. Thomas ait 1. p. q. 104. art. 4. Deus, quæ ipſius eſt in omnia exuberans, & benefica bonitas, rem nullam in nihilum redigit.

Deus nullã rem in nihilum redigit.

3. aſſertio. Sit tertia aſſertio. Qualitates ſupernaturales, quæ etiam, licet im propriè, creari dicuntur, vt alibi monuimus, aliquando incipiunt per primum ſui eſſe; aliquando per vltimum non eſſe. Hæc probatur; quia poteſt Petrus, verbi gratia, perfectè ad gratiam diſponi, vel in hoc inſtanti, in quo ei ſtatim gratia diuinitus infundetur; vel immediatè poſt hoc inſtans, quo euentu accipiet gratiam per vltimum non eſſe. Hoc in lib. c. 2. q. 1. art. 1.

Poteſt gratia infundi per vltimum nõ eſſe.

## ARTICVLVS VI.

## DVBII CVIVSDAM ENODATIO.

Nũ Angelus creari poſſit per vltimum non eſſe.

Qværet tamen adhuc quiſpiam eſto ea, quæ propriè creantur, ſecundum communem, & ordinariam legẽ eo modo, quo diximus, incipiant; vtrum nihilominùs poſſit Deus Angelum, verbi cauſa, per vltimum non eſſe creare. Dubitandi ratio ex eo ſumitur, quia cùm poſt vltimum non eſſe ſequatur tempus, oportebit quidquid ita producitur, in tempore effici, & accommodatè ad naturam temporis, ideſt, ſucceſsiuè, & per partes; quod tamen in ea, quæ inſectilia ſunt, proindeq; neceſſariò totũ ſuum eſſe ſimul & impartibiliter accipiunt, vt Angelus, minimè cõuenire poteſt, etiam diuina virtute; alioqui iam ea, quæ omnino partibus vacant, partibus conſtarẽt, & à propria natura deciderent. Secundo, quia ſi res permanentes incipere poſſent per vltimum non eſſe, pari etiam ratione res ſucceſsiuæ, vt motus, & tempus, poſſent incipere per primũ ſui eſſe; cùm vtrobique æqua repugnantia eſſe videatur.

Vt huic dubitationi fiat ſatis prænotandum eſt dupliciter intelligi poſſe rem aliquam creari per vltimum non eſſe: vno modo, ita vt illius effectio menſuretur tempore, & ad eius fluxum naturamque,

ſecun-

ſecũdũ alias & alias partes ſeſe accõmodet: altero, vt exiſtat quidẽ ei⁹ ꝓductio dũ tẽpus fluit, & tñ nec ꝓducatur ſucceſsiuè, nec tẽpore mẽ ſuretur; ſed tota ſimul efficiatur, & in ſe tota ſimul, atq; ĩpartibiliter exiſtat. Hinc ad propoſitã dubitationẽ reſpõdemus cũ Grego. in 1. d. 17. q. 2. ar. 2. & alijs, nõ poſſe, etiã diuina virtute, Angelũ creari per vltimũ nõ eſse, ſecundum priorem ſenſum, vt prima ratio earum, quas proximè attulimus, concludit; poſse tamẽ ſecundũ poſteriorẽ. Hoc enim pacto omnia, quæ Deus initio mũdi creauit, etiã nũc in quolibet inſtãti, ac dũ tẽpora decurrunt, conſeruat, totũ ipſorum eſse eis indiuiſibiliter, ac ſine vlla, eiſdẽ interna, ſucceſsione conferendo. Reſponſio ad dub.

Iã igitur cõſtat quid ad primũ argumentũ reſpõderi debeat. Ad ſecũdũ verò negãdũ eſt, quod aſsumit. Nã ex eo quod res permanẽtes per vltimũ nõ eſse ꝓdicto modo incipiãt, nõ ſequitur eas nõ habere ſimul totũ eſse: at ſi motus, vel tẽpus per primũ ſui eſse inciperẽt, obtinerẽt totũ ſuũ eſse ſimul, quod repugnat naturę ſucceſsiuorũ. Vnde patet non eſse vtrobique parem repugnantiam. Solutio arg.

*Capitis noni Explanatio.*

Qa Vi autẽ fit) Poſtquã docuit cæteros motus, mutationesve ęternã cõtinuitatẽ nullo modo habere potuiſſe, nũc cõuerſionẽ, & in infinitũ cõtinuari poſſe, & inter oẽs motus ſimpliciter primũ eſse oſtẽdit. Nã ex infinita, inquit, cõtinuitate motus, qui in orbẽ fit, ab eodẽ ad idẽ pũctũ redeũdo, nullũ exiſtit incõmodũ. Nõ enim (quod quiſpiã fortaſſe oſtẽderet) ex eo ſequetur idẽ cõtrarijs motibus ſimul agitari, aut motũ continuũ ex cõtrarijs, & ſpecie differentibus componi; ſiquidem non omnis motus, quo ad aliquem terminum itur, contrarius eſt ei, qui ab eodẽ inchoatur termino licet in motu, qui fit ſuper linea recta, ex qua maximam locorum diſtantiam metimur, ita res habeat. Conuerſionẽ poſse in infinitum continuari.

## CAP. IX.

Text. 73.

Qa *Vi autẽ fit ſuper circulari vnus erit & cõtinuus, cũ nihil ſequatur quod eſſe nõ poſſit. Nã quod ex A. mouetur, eodẽ impetu in A. ſimul mouebitur, ſi quidẽ in id moueatur, in quod veniet. Sed neq; cõtrarijs neq; oppoſitis ſimul ciebitur. Nõ enim oĩs, qui ex hoc motus eſt, ei eſt cõtrarius, aut oppoſitus, qui eſt ad hoc. At cõtrarius quidẽ eſt rectus. Hoc enim cõtraria ſũt in loco, vt qui eſt per diametrum, quãdoquidẽ plurimũ diſtat. Oppoſitus autẽ eſt qui per eãdẽ lõgitudinẽ. Quare nihil impedit cõtinue motũ fieri et nullo tẽpore intermitti.* b *Cõuerſio enĩ ab eodẽ in idẽ, motus eſt, qui autẽ fit rectà, ab eodẽ in aliud.* c *Et is quidẽ, qui in circulo, nũquã in ijsdẽ eſt: qui autẽ rectà ſæpius in ijsdẽ. Is igitur qui in alio & alio ſẽper ſit, poteſt cõtinuè cieri, qui verò in ijsdẽ ſit ſæpius, nõ poteſt. Motibus enim contrarijs ſimul moueatur neceſſe eſt.* d *Quare nec in ſemicirculo, nec in alia vlla circunferẽtia cõtinuẽter fieri motus poteſt, quod ſæpi⁹ moueri in ijsdẽ neceſſe ſit, & cõtrarijs mutari mutationibus. Non*

b Cõuerſio enim ab eodẽ) Alias ſubdit rationes cur potiꝰ cõuerſio, quã cęteri motus cõtinuitatẽ ſortiri queãt. Vna eſt, quia quod in orbem agitur, vnã & cõtinuã lineã perpetuò decurrit, nec ab vno extremo ad aliud progreditur. Vnde eſt, quod in reflexu hęrere, aut moram trahere nequaquam oportet. Cur conuerſio continua eſse poſsit.

c Et is quidẽ) Alia ratio eſt, quia in motu circulari recurſus à pũcto ad idẽ pũctũ nõ fit in ijsdẽ, hoc eſt per eandẽ lineę partẽ. Cũ enim v.g. ſol ab oriẽte in occidentẽ per noſtri hemiſphærij lineã fertur, rurſus ab occaſu ad ortũ per aliã circuli partẽ, hoc eſt, per lineã inferioris hemiſphęrij cõmeat: at motu recto per eandẽ lineã, idẽque omnino ſpatiũ terẽdo, eò, vnde mobile digreſſum fuit, repedat.

d Quare nec in ſemicirculo) Ex dictis colligit nec in ſemicirculo, nec in alia circuli portione iugem motum poſse continuari; quandoquidẽ in nulla parte circuli principiũ & finis coeunt, vt in circulo; proindeque in nullo ab eodem ad idem, niſi per idem ſpatium reditio eſt. Vnde ſequitur tales motus ſibi aduerſari, nec ex ijs vnum quid poſse coaleſcere. Nõ poſse cõtinuari in ſemicirculo perennẽ motũ.

e Perſpicuum verò) In nullo aliorum motuum perpetuam continuitatem inueniri ita concludit. Vbi progreſsio & regreſsio non fit per diuerſa media, ſicuti in circulo, ſed ſæpè per eadem, vt in diametro, non datur perpetua continuatio, vt ex dictis conſtat, oporteque mediã

quietem interponi: atqui in alteratione cùm mobile progreditur ab albo in nigrum,& à nigro redit in album,fit recurſus per eadem media,nimirùm per medium colorē.Igitur neceſse eſt inter huiuſmodi acceſsum,& regreſsum quietem dari.Monet autem nihil referre vnum ſit, an plura media, quia quodlibet ad diſſoluendam continuitatem ſat erit.Prꝗterea eandem eſse rationem in accremento, & decremento; imò & in generatione, & interitu: quia etiam cùm ignis, verbi gratia,in aerem,& rurſus aer in ignem vertitur,medium aliquod interuenit,nimirùm prꝗparatio materię ad eiuſmodi formas. Sumit enim generationem & interitum vnà cū antecedentibus diſpoſitionibus.

Error Heracliti & Cratyli.

Text.74.

*Non enim principio finem coniungit: qui verò, fit in orbem coniungit,atque ſolus perfectus eſt.* e *Perſpicuum verò ex hac diuiſione etiam eſt ne alios quidē motus continuos eſſe poſſe. Fit enim vt in omnibus per eadem ſæpe moueatur,vt in alteratione per media,& in eo,qui eſt in quantitate per magnitudines medias,in generatione & interitu eodē modo. Nihil enim intereſt pauca an multa ea facere, in quibus eſt mutatio, nec aliquod medium addere, aut auferre, quod per eadem motum fieri modo vtroque accidat.* f *Ex his itaq; perſpicuū eſt neq; eos naturales recte dicere, qui ſenſilia omnia sēper moueri inquiunt.Nam horum motuum aliquo potiſsimum alteratione, eorum sententia cieātur neceſſe eſt.Fluere enim sēper dicunt, atque imminui.Præterea generationem & interitum alterationem eſſe ſtatuunt. Præſens verò oratio omnē motum complexa eſt,nempe nullo motu,præterquā conuerſione, fieri poſſe,vt continenter quicquam cieatur,quare nec alteratione,nec accretione.At ad docendum quidem nullam,præter conuerſionem,infinitam eſſe,continuamq; mutationem,hæc ſatis ſint dicta.* g *At verò lationum conuerſionem primam eſſe manifeſtū eſt.Nāque omnis latio,vt antea diximꝰ,aut in orbē eſt,aut in rectū,aut miſta.Hac autē priores eſſe illas neceſſe eſt,quippe quæ ex eis conſtet.Recta verò eam,quæ eſt in orbem, cùm ſimplex magis ſit & perfecta.Nam fieri quidem non poteſt,vt ſuper infinita recta linea latio fiat,quandoquidē infinitū eiuſmodi non eſt,at neque ſi eſſet,quicquam moueretur,cùm id nō fiat quod eſt:infinita autem non poteſt transiri.At quæ ſuper finita recta fit, ſi retrocedat cōpoſita erit,& duo motus:* h *ſi verò non retrocedat,imperfecta, & quæ intereat. Porro imperfecto perfectum,& quod interire non poteſt,eo,quod poteſt,natura prius eſt & ratione & tempore.* Text.75. *La-*

f Ex his itaque ⟩ Errorem Heracliti, Cratyli,& aliorum, qui omnia in continuo fluxu verſari aiebant,ijs quę hactenꝰ diſputata sūt, confutatum eſſe inquit. Nam cùm oſtenſum ſit nullū motum,excepta cōuerſione,ꝑpetuàri poſſe,liquet non continenter res fluere,alterationemvè ſubire; in qua illi rerū ortum, & interitum collocabant.

Conuerſionem eſſe omnium lationum primā.

g At verò lationū ⟩ Reuertitur ad oſtendendum conuerſionē omniū lationum primā eſſe; argumētaturq; hoc modo. Omnis latio aut circularis eſt,aut recta, aut ex his mixta: ſed hęc eſt poſterior illis duabus; quia omnē compoſitum eſt poſterius ſimplici: itē etiam recta eſt poſterior circulari: ergo circularis eſt omniū prima. Eſſe autem rectam circulari poſteriorē ex eo conſtat,quia circularis eſt ſimplicior & perfectior, vt ſatis indicat natura circuli, ſupra quē fit,qui abſolutior, & ſimplicior figura eſt, vtpote cui nihil poſſit addi; cùm tamen rectę lineę ſemper aliquid adijci poſsit, quandoquidem infinita non datur.Quin vero etſi illa extaret,non eſſet in tota ea motus; quia pertranſiri nō poterat. In linea verò finita motus perpetuus haudquaquam erit,niſi per reflexionem, proindeque non vnus cōtinuus,ſed multiplex dicetur. Quod verò multiplex eſt, ſimplici eſt poſterius.

Circulus figura ſimplicior,& abſolutior.

Excellentia motus circularis.

h Si verò non retrocedat ⟩ Si mobile, quod lineam rectam conficit, nō retrocedat,euaneſcet,inquit, motꝰ,ac certo limite cōcludetur, videlicet lineę termino;proindeque à perfectiſſimi motus,qualis conuerſio eſt,abſolutione degenerabit:&,quod inde ſequitur, cōuerſio tali motu prior erit natura,ratione,& tēpore.Natura,quia immortalis,ac nobilior.Ratione, ideſt, definitione, quia habitus eſt definitione prior, quàm priuatio (hęc enim illum ad ſuę eſſentię notionem exigit, non contra) & omne perfectum habet ſeſe ad id,quod imperfectum eſt, tanquam habitus ad priuationem.Tempore,quia omnibus retro ſeculis perſeuerat.

i Ex ratione autem fit ⟩ Redit ad diſceptationem de perenni motus continuitate, & quamobrem conuerſio,non autem recta latio,perenniter continua eſſe queat,edisserit.Ea,inquit,

quit, latio continua, ac perpetua eſſe poteſt, cuius mobile ex æquo, atque indiſcriminatim ſemper eſt in principio, medio, & fine ſpatij: atqui ita ſe habet ſola conuerſio: ergo &c. Probat aſſumptionem, quia in linea recta, ſupra quam recta latio exercetur, diſtincta & determinata ſunt principium, medium, & finis; cùm in ea detur actu principium, vnde motus incipit, & finis, in quem deſinit, & in quo mobile quieſcit: in circulo verò nequaquam id accidit; cùm nullum eius punctum finis magis, quàm medij, aut principij rationem obtineat. Vnde eſt quod ſphæra moueri ſimul, & quodammodo quieſcere dicitur. Moueri, quia reuera circumagitur: quieſcere, quia totum locum, ſiue ſpatium non mutat, ſed voluitur circa centrum, quod fixum, immobileque eſt, & principij, medij, ac finis vicem ſortitur: principij, quatenus ab eo omnes æquales lineæ ad circumferentiam ducuntur: medij, prout æqua diſtantia à peripheria diſiungitur: finis, prout omnes in eo lineæ terminantur.

*Latio etiam, quæ ſempiterna eſſe poteſt, prior ea eſt, quæ non poteſt. Atqui conuerſio perpetuari poteſt, aliorum autem neque latio, neque alius vllus poteſt. Status enim ſit neceſſe*

Text. 76. *eſt, qui quidem cùm eſt, motus interijt.* i *Ex ratione autem fit, vt motus, qui in orbem eſt, vnus ſit & continuus, & non is qui rectus eſt. Recti enim motus principium, medium, & finis diſtincta ſunt, & in ſe omnia continet: quo fit vt id ſit, vnde quod mouetur incipiet, & id item ad quod deſinet: ſiquidem in extremis res quælibet quieſcit, cum in eo vnde, tum in eo ad quod. At verò conuerſionis non diſtincta. Nam eorũ, quæ ſunt in linea, cur hoc potiùs, quam illud, terminus eſt? cum eorum quodlibet principium æque ſit, mediũ & finis, vt in principio & fine aliquid ſemper ſit, & nunquam. Vnde & ſphæra quodammodo mouetur, & quieſcit, cùm eundem occupet locum. Cauſa autem eſt, quoniã centro omnia hæc conueniũt, quippe quod magnitudinis & principium ſit, & medium, & finis. Quare cùm extra circunferentiam hoc ſit, nihil eſt vbi id quod fertur quieſcat, perinde atque tranſierit. Semper namque circa medium fertur, non ad extremum. Quòd verò id maneat, totum ſemper, & quodammodo quieſcit, & continenter mouetur.* k *Accidit autem reciprocatio. Nam & quod motuum menſura conuerſio ſit, primam eſſe ipſam neceſſe eſt, ſiquidem primàm omnia metitur: & quia prima, aliorum eſt menſura.* l *Atqui & æquabilis conuerſio ſola eſſe poteſt. Quæ enim recta à principio ad finem inæqualiter ferũtur. At in ſola conuerſione nec principium ineſt, nec finis, ſed*

Text. 77. *extra.* m *At verò lationem motuum primam eſſe omnes teſtantur, quotquot de motu mentionem fecerunt. Eius nãque principia hiſce tribuerunt, quæ hunc motum efficiunt.*

*Etenim*

Sphæram ſimul moueri, & quodammodo quieſcere.

K Accidit autem) Cùm rationes ad circularis motus principatum, & continuationẽ ſpectantes admodum inter ſe cognatæ ſint; non ſeparatim ſed mixtim eas pertractat Ariſtoteles. Hoc igitur loco rurſus probat conuerſionem inter cæteros motus primarium locum habere, eo quod omniũ menſura ſit. Additque eſſe menſuram & eſſe primum inter ſe reciprocari. Nam cùm conuerſio ſit menſura, neceſſariò vendicat primum locum, & quia primum locum vendicat menſura eſt: ſiquidem primum in quolibet genere reliqua eiuſdem generis metitur.

l Atqui & æqualis) Eandem aſſertionem confirmat ex eo, quia inter omnes motus ſola cõuerſio æquabilis eſt, eàdemque velocitate perficitur; quod maiorem arguit nobilitatem. Quod enim ſibi ſimile eſt magis eſt vnum, vnitas verò multiplicitati anteponitur. Non ſeruare autẽ reliquos motus æquabilitatem inde oſtendit, quia quo mobilia à quieſcente, hoc eſt ab eo, vnde moueri cœperint, quod immobile eſt, longiùs eunt, eò maiori impetu feruntur. Cuius rei cauſam, & cur in ijs quæ per vim mouentur, & in animantibus diuerſus inæquabilitatis modus reperiatur alibi expoſuimus.

Inter omnes motus ſolam conuerſionẽ eſſe æquabilem.

Lib. 2. de cœlo. cap. 6. p. 1.

m At verò lationem) Quod de lationis primatu docuit corroborat teſtimonijs veterum philoſophorũ. Nãque quicunque in conſtituendis rerũ naturaliũ principijs de motu aliquid tradiderunt lationi principẽ locũ aſsignarũt. Anaxagoras enim mentẽ, Empedocles concordiã, & diſcordiam motrices cauſas fecere. Leucippus & Democritus affirmarunt ſua illa inſectilia

Veteres Phyſici lationi primatũ detulere.

 corpuſ-

corpuſcula huc, illuc, concurſione, & diſsipatione per inane ferri, nec vllum alium motum ſubire pręter lationem; etſi quę ex ipſis concreſcerent cęteris quoque mutationibus forent obnoxia. Thales & alij, qui elementum vnum, aut medium quidpiam inter elementa principium eſſe exiſtimarunt, cùm rerum ortus & interitus ad denſitatem & raritatem, coitionemque & ſecretionem retulerint, ſimiliter lationi primas dedere. Quod fecit etiam Plato dum animam ſe ipſam mouentē, cęteraque omnia agitantem inuexit. Qua de re. 1. huius operis copioſius.

Thales.

Plato.

n Animal autē) Rei propoſitę confirmationem eo argumento cōcludit, quod animātes, quę inter illa, quę ab ſe mouentur, nobilitate excellunt, motu ad locū ſe ipſas mouent. tum prætere a quia communi loquendi vſu motum pro latione vſurpamus, & ea ſimpliciter moueri dicim9, quę loco cientur, non ita verò quæ augeſcunt, aliamve eiuſmodi motionē ſubeunt.

o Motū itaque) Ea de quibus toto hoc libro diſseruit, ſummatim colligit, vt ad illa, quę proximo capite continentur, gradum faciat, & quia turſus de primo motore agere inſtituit, quid de eo iam ſupra demonſtrarit, extremo loco repetit.

*Etenim ſecretio, & concretio motus ſunt in loco, quo quidem modo mouent concordia & diſcordia, cùm altera ipſarum diſsipet, altera congreget. Mentem etiam quæ priùs mouit Anaxagoras ait ſegregare. Similiter verò & quicunque nullam talem ſtatuunt cauſam, per inane autem inquiunt moueri. Et hi namque naturam motu, qui eſt ad locum, cieri affirmant, ſiquidem motus per vacuū latio eſt, & perinde quaſi in loco. Aliorum autem nullum primis ineſſe cenſent, ſed his, quæ ex illis. Etenim augeri, imminui, & alterari atomis compactis atque ſeiunctis inquiunt. Nec ſecus quicunque denſitate & raritate generationem faciunt atque interitum. Nam ſecretione & concretione hæc diſponunt. Præter hos ij ſunt, qui motus cauſam animam faciunt. Id enim quod ſe mouet, eorū quæ mouentur, principium aiunt eſſe:* n *animal autem omniſque animans motu, qui in loco eſt, ſe mouet. Et id propriè moueri ſolùm dicimus, quod motu, qui ad locum eſt, mouetur. Id vero ſi eodem in loco quieſcat, augeatur autem, aut imminuatur, aut alteretur aliqua ex parte, non ſimpliciter dicimus moueri.* o *Motum itaque ſemper fuiſſe, omniq; tempore futurum eſſe, quidue motus ſempiterni ſit principiū, & quis motus primus, quiſque ſempiternus duntaxat eſſe poſſit, mouēsq; primum immobile eſſe dictum eſt.* Text. 76.

## *Capitis decimi Explanatio.*

Ha Oc autem partibus) Aggreditur ad probandum motorem primum vacare partibus, & magnitudine, eſſeq; e virtute infinita prędituni. Vt verò inſtitutum confirmet, nonnulla pręſumit theoremata. Primum eſt nullam vim finitam poſſe infinito tempore mouere. Ad cuius veritatem aperiendam ſupponit tria concurrere ad motum; nimirum virtutem mouentem, mobile, & tempus, quod motu cōſumitur: atque hęc omnia aut eſſe infinita, aut finita, aut quædam infinita, alia finita, vnum vel duo. Deinde appellat vim mouentem A. mobile B. tempus C. tum accipit aliam vim mouentem minorem, quàm A. ſiue ſit pars ipſius A. ſiue non quam vocat D. item partem aliquam ipſius B. quę ſit E. & ab ipſo D. cieatur. His poſitis ita argumentatur, E. mouetur in tempore, quod tempori C. infi-

Vim finitam non poſſe tēpore infinito mouere.

Probatio.

## CAP. X.

Ha *Oc autem partibus neceſſariò vacare, nullamque habere magnitudinem nunc dicamus, priùs hiſce definitis quæ hoc antecedunt. Quorum vnum eſt fieri non poſſe vt finitum vllum infinito moueat tempore. Tria enim ſunt id quod mouetur, id quod mouet, & tertium, nempe tēpus in quo. Hæc autem aut omnia infinita, aut omnia finita, aut aliqua, vt duo aut vnum. Sit igitur A. mouens C. quod mouetur B. & tēp9 īfinitū C. ipſū igitur D. moueat partē ipſi9 B. quæ ſit E. Certe non in æquali ipſi C. quod in maiori, maius. Quare* Text. 78.

infinito æquale non eſt; ſiquidem A. quę eſt maior virtus, mouet maiori tempore, vt poſitum fuit; mouet autem tempore C. ergo minori tempore, non autem ipſo C. infinito, virtus D. ipſius B. partem, quę eſt E. mouebit. Cùm igitur D. moueat E. tempore minori (hoc vocetur F.) ſi ipſi D. pars alia adiecta fuerit, deinde alia, ipſum A. tandem conſumetur. Similiter ſi ipſi E. alia pars ipſius B adijciatur, deinde alia, totum B tandem exhauſtum erit: additur autem tempus ipſi quidem F. proportione, vt quantum virtutis adijciatur, tanto plus temporis proportione mouere queat, nūquam tamen conſumetur, cùm ſit infinitum. Igitur tempus, quod additur, totum finitum efficit, temporeque finito tota virtus A. totum B. mouebit, atque adeò fieri non poterit, vt tempore infinito finita virtus moueat.

Porro tota hęc ratio breuius & apertius ita concluditur. Si aliqua virtus moueat, verbi gratia, pondus quatuor librarum tempore infinito, certè quarta eius pars mouebit pondus vnius libræ in parte temporis minori atq; adeò tépore finito. Itéq; dimidium illius virtutis mouebit medietaté prędicti pōderis tempore duplo maiori; atque adeò tota virtus in vnum collecta mouebit totum pondꝰ tépore quadruplo maiori. Cùm igitur tempus alio tépore finito quadruplo maius neceſſariò finitum ſit, cōſequens eſt, vt virtus finita tempore infinito mouere nō poſſit. — Summa rationis antea propoſitę.

*Quare tempus F. infinitum non eſt. Si igitur ipſi D. additio ſic fiat, ipſum A. conſumam, et ſi ipſi E. ipſum B. At tēpus non conſumam æquale ſemper auferendo, quippe quod ſit infinitum. Vniuerſum itaque A. totum B. finito tempore C. mouebit. Ab eo igitur, quod finitum eſt motu infinito nihil poteſt moueri. Ita conſtat fieri non poſſe, vt quod finitū eſt tempore moueat infinito.*

Text. 79. b *At verò vim infinitam in magnitudine finita omnino eſſe non poſſe ex his conſtat. Sit enim maior ſemper virtus, quæ minori tempore æquale facit ſeu calefacit, ſeu dulcedinem afferat, ſeu proijciat, ſeu omnino moueat. Ab eo itaque quod finitum quidem eſt, infinitam autem habet vim id quod patitur, aliquid pati & magis, quàm ab alio neceſſe eſt. Amplior enim eſt virtus infinita. At tempus nullum eſſe poteſt. Sit namque A. tempus, in quo vis infinita calefecit, aut pepulit: in quo verò finita aliqua ſit A. B. Huic ſi maiorem aliquam, finitā verò ſemper adijciam, ad eam tandem perueniam, quæ A. tempore mouerit. Finito enim ſi ſemper adiecero, definitum omne ſuperabo: et ſi abſtulero, identidem diminuam. Finita igitur & infinita æquali tempore mouebit, quod eſſe non poteſt. Nulla igitur finita magnitudo vi infinita prædita eſſe poteſt.*

Text. 80. c *Neque igitur finita, ea quæ eſt infinita. Quod in minori magnitudine maior virtus eſſe poßit, multò tamen maior in maiore. Sit igitur A. B. infinita magnitudo: certe B. C. aliquam vim habet, tempore aliquo nempe E. F. mouit D. ſi itaque ipſius B. C. duplam accepero in dimidio temporis E. F. mouebit. Hæc namque ſit proportio. Quare in tēpore F. G. mouebit. Sic*

1. obiectio. Eſt tamen in promptu obiectio aduerſus hanc Ariſtotelis probationem, quia ad calcem libri ſuperioris traditū fuit ſiqua virtus pondus aliquod mouet, dimidium eius virtutis poſſe medietatem illius ponderis per idem ſpatium eodem tempore mouere, ſimiliterque quartam partem virtutis poſſe eodem tempore ferre quartam partem ponderis. Hoc autem in loco contrarium aſſeritur.

2. obiectio. Secundò, opponet aliquis, Intelligentię habent finitam virtutem, & tamen ſecundū Ariſtotelem mouerunt ab ęterno cœleſtes globos. Igitur non repugnat finitam virtutem mouere tempore infinito.

Dil. 1. obiect. Ad primum horum variè reſponderi ſolet. Quidam opinantur rationem Ariſtotelis probabilem tantùm eſſe. Alij intelligendam ſolummodò de virtute motrice, quæ paulatim languescit, & minuitur. Hęc enim etſi aliquanto tempore mouere poſſit partem illius ponderis, quam initio motus exuperat; non tamen eandem infinito tempore mouebit, quia progrediēte motu ab illa vincetur, ac tandem vaneſcet. Septimo autem libro ſermo erat de virtute, quę eadem ſemper manet, ſeu quę ſemper exceſſum retinet comparatione reſiſtentię. Dilut. 2. obi. Ad ſecundum reſpondendum eſt theorema Ariſtotelis ſic eſſe intelligendū. Id quod mouet per ſe & independenter tempore infinito habet infinitam virtutem. Qua de re in progreſſu plura.

b At

In magnitudine finita non poſſe reſidere virtutem infinitã.

b At verò vim infinitam } Secundum theorema eſt. In magnitudine finitã non poſſe infinitam virtutem ineſſe. Hoc vt ſuadeat prẽmittit maiorem virtutem minori ſe, ocius idem efficere, quod in maiori minor, itemque virtutem infinitam citiùs mouere, quàm aliam quãlibet virtutem finitam. Tum ita ratiocinatur. Si in magnitudine finita eſſet infinita virtus, nullum tempus mouendo conſumeret; demonſtratum eſt autem 6 huius operis cap. 3. omnẽ motum tempore effici, ergo in magnitudine finita nequit eſſe infinita virtus. Maiorem oſtendit, quia ſi eiuſmodi infinita virtus ad mouendum tempus exigeret, ſequeretur poſſe finitam & infinitã virtutem ẽquali tempore mouere, quod eſt contra hypotheſim. Conſecutio probatur, quia cùm quoduis finitum facta ipſi adiectione poſsit aliam finitam rem tandem ſuperare, euſque finita virtus excreſceret, vt finitudinem illam temporis vinceret. Quid momenti hẽc Ariſtotelis ratio habeat ſuo loco ſeparatim expendemus.

*Sic igitur ſemper accipiendo, magnitudinem quidem A. B. nunquam tranſibo, tempore verò dato ſemper minus accipiam. Quamobrem virtus erit infinita, quippe quæ finitam virtutem omnem exuperet, omnis autem finitæ virtutis tempus quoque eſſe finitum neceſſe ſit.* d *Nam ſi aliquo in tempore tanta virtus moueat, in minori quanquam terminato proportionis conuerſione maior mouebit. Infinita autem omnis vis perinde eſt, atque multitudo & magnitudo, quæ terminatam omnem excedit.* e *Poteſt autem ſic quoque hoc demonſtrari. Aliquam enim vim in finita magnitudine accipiemus, quæ eiuſdem ſit generis atque eſt ea, quæ eſt in infinita, quæve eandem metietur. Vim itaque infinitam in magnitudine finita, aut finitam in infinita non poſſe eſſe ex his conſtat.* f *De his autem, quæ feruntur, recte habet in primis dubitationem quandam afferre. Sic enim quicquid mouetur, ab aliquo mouetur, quo pacto eorum, quæ ſe non mouent, nõnulla continenter, eo, quod mouet, non tangente, quæ iacimus, mouentur? Quod ſi is qui mouit, aliud quidpiam ſimul mouet, vt aerem, qui, cùm mouetur, mouet, æquè fieri non poteſt, vt primo non tangente neque mouente moueantur. Sed ſimul omnia moueri & quieſcere, cùm mouens primum quieuerit, neceſſe eſt, quanquam perinde faciat vt lapis, nẽpe vt id moueat quod mouit.* g *Neceſſe eſt autem hoc quidem dicere id, quod primùm mouit, efficere, vt aer, aut aqua, aut aliquid eiuſmodi, quod mouere mouerique aptum eſt, poſsit mouere. At* Text. 81. Text. 82.

In magnitudine infinita non poſſe dari finitã virtutem.

c Neq. igitur fieri poteſt } Tertium theorema eſt, in magnitudine infinita non poſſe ineſſe finitam virtutem. Quod ita probat. Virtus magnitudinis infinitẽ exuperat quancunque virtutem finitam: ergo neceſſariò eſt infinita. Aſſumptum confirmat, quia licet non ſemper virtus ex ẽquo reſpondeat mobili, & in minori magnitudine magnẽ interdũ vires inſint, vt in ſeminibus, alijsque id genus; tamen in mole infinita infinitas vires eſſe oportet.

d Nam ſi aliquo in tempore } Secundò idẽ ſtabilire conatur hunc in modum, Aliqua pars illius infinitẽ magnitudinis pollet virtute ad mouendum aliquanto tempore; maior autem pars, cùm maiores vires poſsideat, minus conſumet temporis: ergo tota moles infinita nihil tẽporis cõſumet, & ex cõſequenti infinitam virtutem motricẽ obtinebit.

e Poteſt autem ſic } Tertiò idem ex eo corroborat, quia ſi magnitudini infinitẽ ineſſet finita virtus, poſſet alia virtus finita eiuſdem rationis exiſtens in magnitudine finita metiri illam, quẽ eſt in infinita magnitudine: atque adeo poſſet etiam magnitudo illa infinita menſurari ab ea quẽ finita eſt, cùm eadem ratio quoad hoc videatur eſſe in magnitudine, quẽ eſt in virtute.

Dubitatiõ.

f De his autem, quẽ feruntur } Duo quẽdam interponit dubia ad motum pertinentia, Alterum eſt, quî fieri poſsit, vt iacta, verbi gratia, lapis, aut telum, quod ſurſum intorquetur, poſtquam diſceſſere ab eo qui iecit, motum continuent, cùm nec ipſa ſe moueant, nec videantur à proiectore cieri, vtpote à quo poſt initium motus tangi deſierunt. Non enim ſatisfaciet qui dixerit huiuſmodi corpora ab aere tergum vrgente cieri, hẽrebit namque eadem rurſus quẽſtio, qua ratione aer ille proximus nullo tangente moueat.

g Neceſſe

g Neceſſe eſt autem) Dubitationem propoſitam diluit aiens id, quod primò mouet, verbi gratia, manum, mouere medium, per quod fit iactus, nempe aerem ſibi attiguum; tum vnã aeris partem aliam ſibi vicinam pellere, deinde hanc aliam, donec ea, quę lapidi cohęret, ipſum lapidem vehat. Incipere autem motum proiecti corporis langueſcere cùm vis mouendi partibus aeris impreſſa deficere incipit; & omninò ceſſare motum, cùm prędicta vis euanuit, hoc eſt, cùm tanta eſſe desijt, quanta ad mobile vlterius prouehendum requiritur. Reſponſio.

h Sane is motus) Addit motũ iactus non conuenire corporibus, quę perenni, & continuo motu agitantur, ſed quę interdum a motu ceſſant, vt ſagittę, & lapidi. Et verò quod hæc cũ iaciũtur, nõ ferantur cõtinuo motu ex eo oſtendit, quia nõ ab eodẽ mouẽte impellũtur, ſed ab alio, & alio, vt à manu & aere, vel aqua, varijsque partibus intermedij corporis, quę omnes a prioribus impetum accipiunt, & in vicinas transfundunt. Docet autem fieri iactum in aere, & aqua, quia hęc elementa cedunt, & agilia ſunt, non autem terra ob ingentẽ craſſitiem, & repugnantiam. Ignis verò nõ meminit, quod eius ſphęra procul à nobis ſit. Iactus quibus competat.

*At non ſimul mouere deſinit & moueri, ſed ſimul atque is qui mouet mouere deſierit, deſinit moueri, adhuc autem eſt mouens: quocirca aliud mouet quod hæret, cuius eadem eſt ratio. Ceſſat autem cùm vis mouendi in id, quod hæret, minor imprimitur. Prorſus verò deſinit, cùm id quod prius eſt, non vltra effecerit, vt moueat, ſed ſolùm vt moueatur. Atque hæc deſinere ſimul alterum quidem mouere, alterum moueri totumque motum neceſſe eſt.* h *Sane hic motus in his fit, quæ aliquando poſſunt moueri, aliquando quieſcere, continuus itẽ non eſt, ſed apparet, quandoquidem earum ſit, quæ aut deinceps ſequuntur, aut ſe tangunt. Neque enim mouens eſt vnum, ſed mutuò ſibi hærent. Quo circa in aere & aqua hic fit motus, quem antiperiſtaſin eſſe aliqui inquiunt.* i *Fieri autem non poteſt, vt aliter quàm dictum eſt, ea diſſoluãtur, de quibus dubitatum eſt. At verò antiperiſtaſis moueri ſimul cuncta facit, & mouere; quare & quieſcere. Nunc autem vnumquid moueri continuè videtur: à quo nam igitur? non enim à ſe ipſo.*

Text.83. k *Quoniam autem in rerum natura cõtinuus motus eſt neceſſario, ille verò eſt vnus, & is qui vnus eſt, vnius ſit magnitudinis neceſſe eſt, (cùm id non moueatur, quod magnitudinis eſt expers) vnius præterea & ab vno, alioquin continuus non erit, ſed hærens alter alteri & diuiſus, id ſane quod mouet, ſi vnum eſt, aut, cùm mouet, mouetur, aut eſt immobile. Si igitur moueatur, vna ſequi oportebit, vt & ipſum mutetur, ſimulque ab aliquo moueatur quãobrẽ ſtabitur, ad idq; accedetur, vt ab ĩmobili moueatur. Hoc enim neceſſe non eſt, vt ſimul mutetur, ſed mouendi ſemper facultatem habebit. Nam laboris quoque eſt expers hæc motionis ratio & modus.* m *Atque etiam æquabilis hic motus eſt, aut ſolus, aut maxime: ſiquidem quod mouet nullam habet mutationem. Opor-*

L Fieri autem nõ poteſt) Fuere qui motũ iactus per antiperiſtaſim fieri dicerent; hoc eſt, quia corpus circunſtans motu vacui in locum ſuccedit eius, quod pellitur, atq; ita ſucceſſiua locorũ permutatione res proiecta aliò ſubinde transfertur. Horum ſententiam corrigit Ariſtoteles aiens, etſi in motu iactus antiperiſtaſis interueniat, non hanc tamen integrã eſſe cauſam cur proiecta corpora per aquam, aerem vè ferantur, ſed eam etiam, quam ipſe ſuperiùs attulit. Nam in prędicta antiperiſtaſi cuncta ſimul mouent & mouentur; hoc eſt tam partes aeris per quas ſagitta defertur, quam ſagitta ſimul mouent, motumque accipiunt; quãdoquidem illæ à tergo ſagittam, & à parte anteriori à ſagitta feriuntur. Vt verò hęc omnia ſimul mouent, & mouentur, ita pariter à motu ceſſant. Quod in motu iactus non accidit. Namque ceſſante antiperiſtaſis cauſa, & quieſcente eo qui ſagittam emiſit, adhuc ſagittã motum proſequitur: at cùm illa à ſe non moueatur, alia eius motus cauſa danda eſt, videlicet iaculator à quo impetus exijt. Lege quæ de hac re ſupra diſputauimus. Opinio quorundã de motu iactus.

k Quoniam autem) Explicata controuerſia de cauſa motus proiectorum, quem aſſeruit continuum non eſſe, redit ad primum motorem, eumque vnum eſſe probat ex continuitate primi, ac ſempiterni motus, qui niſi & ab vno motore efficeretur, & vnius eſſet magnitudinis;

toll-

Immobilitas primi motoris.

continuus eſſe nõ poſſet. Deinde immobilitatem primi mouentis ex eo concludit, quia cùm in mouentibus non detur progreſſus in infinitum deueniendum eſt ad vnum, quod non iam aliunde motum accipiat. At quod eiuſmodi mouens nec à ſe ipſo per accidens moueri queat, ex ijs, quę ſuperiùs dicta ſunt, colligi poteſt. Nam cùm nihil à ſe ex accidente moueatur, niſi vna parte mouente, altera mota; quod ſolis rebus magnitudinem habentibus conuenit; cũq; oſtenſum fuerit id quod infinito tempore mouet, magnitudine carere, fit vt neceſſariò fateri debeamus primum mouens omnis magnitudinis expers eſſe.

Primum mouens mouere abſque laſſitudine.

L Nam laboris quoque } Ex eo quod primum mouens neutiquam moueatur, oſtendit ipſum abſque laſsitudine, & fatigatione motũ efficere. Quod rebus viuentibus corporea mole pręditis, quibus motio laborioſa eſt, haudquaquam euenit; ſiquidem laſſantur dum in opus incũbunt, cùm ita agant vt aſsidua perpeſsione, & imminutione ſpirituum vitalium paulatim eis vires deficiant.

*Oportet verò ſi motus ſibi ſimilis eße debet, id quoque quod mouetur nullã, ratione eius habita, mutationem pati.* n *Neceſſe eſt autem aut in medio eße, aut in circulo: hæc enim, principia. At quæ ad mouendum proxime accedunt, celerrime mouentur. Eiuſmodi autem eſt circuli motus. Ille igitur eſt mouens.* o *Exiſtit autem dubitatio, an quidpiam quod moueatur poßit continenter mouere, non autem (vt quod pellit) rurſus & rurſus, & ex eo, quod deinceps, continuè moueat. Ipſum enim aut pellere aut trahere, aut vtrunque facere oportet, aut certe aliud eſſe, quod ab alio excipiat, vt de his, quæ iaciuntur, nuper eſt dictum: ſiquidem aer diuiduus cùm ſit, aut etiam aqua, alius atque alius mouet ſubiens motum: vnus autem neutro modo eſſe poteſt, ſed hærens: quare is ſolus continuus, quem id facit, quod immobile eſt. Nam cùm eodẽ modo ſemper ſe habeat, ad id quoque quod mouetur, ſimiliter continenterque habebit.* p *His definitis primum & immobilem mouentem magnitudinem vllam habere non poſſe manifeſtum eſt. Nam ſi magnitudinem habeat, aut finitam eam eſſe, aut infinitam neceſſe eſt. At magnitudinem infinitam eße non poſſe ante in Phyſicis monſtratum eſt. Nunc verò finitam vi finita præditam non poſſe eſſe, fieri item non poße, vt à finita tempore infinito quicquam moueatur, demonſtrauimus. Mouens autem primum ſempiternum ſempiternoq; tempore motum ciet. Quamobrem conſtat indiuiduum eſſe & nullam habere magnitudinem.*

Text. 84. Text. 85. Text. 86.

Æquabilis motus ſupremę ſphęrę.

m Atque etiam ęquabilis } Motum primi mobilis ęquabilem eſſe, ac ſibi ſimilẽ ex primi mouentis ſtabilitate, & immutabilitate colligit. Nam cũ primum mouens omnis mutationis expers ſit, conſequẽs eſt, vt primum motũ ęquabilitate ſumma efficiat. Vnde etiam ipſius primi mobilis conſtantiã & immortalitatem arguit, quia maximè naturę conſentaneum eſt, vt motus & mobile ſibi mutuo reſpondeãt.

n Neceſſe eſt autem) Edocet vbi nã primus motor ſit aiens cùm in vniuerſo duę ſint partes, in quibus debere eſſe potiſsimum videatur, nẽpe mũdi centrum, & circunferentiam ſupremi orbis, quę ſunt duo principia mundanę ſphęrę, potius dicendum in circunferentia eſſe, atque in ea parte quę rapidiſsima vertigine circunuoluitur, vbi ſcilicet linea periphęrię ęqualiter diſtat a polis: ſiquidem in eam partem magis influit, ſuęque potentię apertiora ſigna exhibet.

Dub.

o Exiſtit autem dubitatio) Alteram affert dubitationem, quę ad continuitatem primi motus, & ſupremi motoris vim declarandam ſpectat. Num ſcilicet fieri poſsit vt id quod ſic mouet, vt moueatur, motionem facere queat perennem, atque ita continuam, vt non ſolũ media quiete non interrumpatur, ſed etiam perfectè ęquabilis, ac ſibi vndequaque ſimilis ſit.

Reſpon.

Reſpondet haud poſſe id fieri: quia vel eiuſmodi mouens ab ſe rem motam pelleret, traheretvè immediatè, vel interuentu aliorum corporum, quorum alia in alia impetum transfunderent, vt in motu iactus dictum eſt: nullo vero horum modorum efficit motum omnino continuum, & perfectè ęqualem perennemque cum tale mobile defectui ſubiaceat. Quare ſolum id quod immobile eſt, ſemperque eodem modo ſe habet, eam motionem poſſe edere, videlicet ęquabiliter continuam & perpetuam.

p His definitis } Colligit tandẽ pręcipuum huius loci inſtitutum, nempe motorẽ primũ

omnis

omnis materię & magnitudinis expertem eſſe: argumentaturque in hunc modum. Si primus motor magnitudinem haberet, vel ea eſſet infinita, vel finita. Non infinita, quia vt in tertio huius operis libro oſtenſum eſt, nulla datur infinita magnitudo. Sed neque etiam finita eſſe poteſt; quia primus motor, cùm mouerit tempore infinito; pollet infinita virtute; in magnitudine autem finita non poteſt eſſe infinita virtus, vt ſuperiùs fuit demonſtratum. Conſtat ergo motorem primum omni prorſus magnitudine vacare.

C.8.q.2.a.2.

Primus motor expers omnis magnitudini.

# QVÆSTIO I.

## NVM ARISTOTELES COGNOVErit Deum vbique eſſe.

### ARTICVLVS I.

### CONSTARE DEVM ESSE VBIQVE, ETSI ea de re gentium Philoſophi diſſenſerint.

DEVM vbique eſſe docent complura ſacrarum litterarum teſtimonia Pſal. 138. Si aſcendero in cœlũ, tu illic es; ſi deſcẽdero in infernum, ades. Ieremiæ 23. cœlum & terram ego impleo. Sapient. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quod etiam ea ratio conuincit, quia cùm Deus res omnes immediatè conſeruet conferendo eis eſſe, & in omni agente immediatè operetur; vtique oportet eum in omni re creata exiſtere, nec ab ea diſtare. Quæ omnia ex ijs, quæ 2. & 7. huius operis diſſeruimus, perſpicua ſunt.

Hac de re D. Th. 1. p. q. 8. M. Alb. in 1. d. 37. ibidẽq; alij doctores

Pſal.

Ierem.

Sapient.

Lib. 2. c. 7. q. 10. & q. 12. Lib. 7. c. 2. q. 3. art. 2.

Quòd verò ad Philoſophos attinet, non fuit hac in re conſentiẽs eorum opinio. Nam AEgyptij Deũ in cœleſti domicilio, vt in proprio loco ſtatuebãt, ideoque ipſum, vt erant Hieroglyphicis aſſueti, cœrulea veſte indutum, manu altera Zonam, altera ſceptrum tenẽtẽ pingebant, vt teſtatur Euſebius lib. 3. de præparatione Euãgelica; nimirum zona, cingulovè admirabilem Dei potentiam, qua vniuerſa continet, & colligat; ſceptro, regiam illius dignitatem; veſte cœrulea, eiuſdem in cœlo habitaculum ſignificantes. Alij, quos Ariſtoteles in extremo capite huius libri commemorat, arbitrati sũt Deum in centro mundi eſſe, fortaſſe vt inde operationes ſuas, quaſi lineas, ad totam mundanæ machinæ peripheriam explicaret. Alij, quorum mentionem fecit Iuſtinus Martyr in ſua parænesi ad gentes, Dei ſedem ſphæra ignea, vel ſupremo cœleſtium corporum globo definierunt.

Lege Cyrillum Alexan. lib. 1. contra Iuli.

AEgyptij.

Euſebius.

Iuſtinus Philoſophus.

Melior tamẽ Philoſophorum pars Deum vbiq; eſſe, ac totã rerũ

vniuerſitatẽ ſui numinis præſentia complere, pronuntiauit. Id quod in primis diſertè docuit in Aſclepio Mercurius, & Orpheus in Saturni hymno hiſce verbis. *Mercurius. Orpheus.*

Ὅς ναίεις κατὰ πάντα μέρη κόσμοιο γενάρχα.

Ideſt qui omnes mundi partes habitas generationis princeps. Itẽ Pythagoras, qui Deum appellabat ψύχωσιν τοῦ παντός, ideſt, animationem vniuerſi. Ac quidnam eſſet Deus, teſte Lactantio libro. 1. cap. 5. ita deſcribebat. Deus eſt animus per vniuerſas mundi partes, omnemque naturam pertinens, & diffuſus, ex quo omnia, quæ naſcuntur, animalia vitam capiunt. Quod poeta latinus in ſuo poemate ſic expreſsit. *Pythagoras.* *Lege Syluianum Epiſcopum lib.1.de prouidentia.*

Deum nãque ire per omnes *4. Georg.*
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſsere vitas.

Idem Heraclitus docuit, qui referente Ariſtotele 1. de partibus animalium cap. 5. caſam aliquando ingreſſus furnariam, cùm ignis hyberni gratia diutius ſediſſet, ad quoſdam ſe quærentes, quos tã vilem ingredi domum puderet, introite, inquit, ſunt enim hîc etiã dij. Idem cenſuere Philolaus, Archytas, Parmenides, Anaxagoras, & ex Stoicis Boethus, ex Platonicis Amblicius, & Plotinus, atque alij, quos recenſet Ficinus lib. 2. de immort. animorum cap. 6. & Eugubinus lib. 4. de perenni philoſophia. *Heraclitus.* *Alij.*

## ARTICVLVS II.

## PROBABILE VIDERI NON IGNOraſſe Ariſtotelem vbique Deum eſſe.

QVæ tamen hac in re fuerit Ariſtotelis ſententia haud planè conſtat. Quod enim non vbique Deum eſſe putârit, ex quibuſdam eius dictis colligi videtur. Nam extremo cap. huius libri text. 84. cùm docuiſſet duas eſſe potiſsimùm in vniuerſo partes, in quibus Deus maximè eſſe videretur, nempe medium, & circũferẽtiã, quæ totius ſphæræ principia ſunt, ſtatuit Deũ eſſe in mũdi circũferentia, vbi primus orbis rapidiori vertigine circunuehitur. Deinde 1. de cœl. cap. 3. tex. 22. approbat commune elogium, & conſenſum mortalium Deo in cœleſti opificio ſedem attribuẽtium. Præterea ſecundo eiuſdem operis capite duodecimo text. 66. & ſecundo de generatione cap. 10. tex. 59. ait corpora, quæ lõgè à Deo abſceſſere, turbulento motu agi, eſſeq; interitui obnoxia. Item in libro de mundo ad Alexandrũ ſtatuit haudquaquã diuinitati cõſentaneum *Argumentã in partem negatiuam.* *Lib, de cœl.* *De generat.* *Lib. ad Alex.*

neum eſſe, vt Deus inferioris mundi rebus interſit: quod exemplo regis declarat. Quapropter, inquit, ſi è dignitate regis minimè foret, Xerxem adminiſtrare cuncta, ipſiſque operibus faciendis præſentem adeſſe: longè id nimirum minus Deo conuenit. Quare auguſtius id, decentiusque exiſtimandum eſt, Deum ſummo in loco eſſe collocatum. Hæc Ariſtoteles. Ex quibus locis, hoc præſertim vltimo, non obſcurè elici videtur, illum in eo errore fuiſſe, vt putarit Deum non vbique; ſed in cœleſti dumtaxat, ac ſupremo orbe conſiſtere. Atque hanc eius fuiſſe mentem aſſerit Iuſtinus Philoſophus in oratione parænetica ad gentes.

Alij contrà ſentiunt, affirmantque non latuiſſe Ariſtotelem, Deũ toti mundo, ſingulisque eius partibus eſse præſentem. In quam ſententiam lege Simplicium hoc in libro com. 84. Themiſtium. 1. Metaph. paraphr. 12. Philoponum 1. de anima text. 40. Et ex recentioribus Nicolaum Leonicum in dialogo de animorum eſſentia, Fernelium in lib. de abditis rerum cauſis cap. 2. Eugubinum. 4. de perenni philoſophia cap. 7. Toletum lib. 8. huius operis cap. 10. q. 7. Quòd ergo ita Ariſtoteles exiſtimarit, oſtendi poteſt inprimis ex eo, quia 1. de partibus animalium cap. quinto commendat dictum illud Heracliticũ, quod ſuperiùs retulimus, videlicet nec ab exigua domũcula abeſſe Deum. Item quia, vt alibi ſtatuimus, veriſimile eſt cognouiſſe illum creationem, nec ignoraſſe materiam primam fuiſſe immediatè à Deo productam, ab eodemque immediatè conſeruari: præterea agnouiſſe diuinam prouidentiam actionemque ad res omnes, etiam ſublunares, porrigi. Quare cùm nihil primò in rem diſtantem agere queat, vt idem ſeptimo huius operis cap. 2. text. 9. docuit: conſequens eſt, vt putarit Deum non cœleſti tantum ſed ſublunari etiam mundo adeſſe.

*Pro parte affirmatiua.*

*Hoc in lib. c. 2. q. 2. art. 2.*

Hæc potiſsimum argumenta pro hac parte afferri poſſunt; quam, vt de Ariſtotelis ingenio credere par eſt, veriſimile iudicamus. Quæ verò in contrariam partem adducta ſunt, vnam fere, eandemque explicationem habent; quam præter alios, ad textum illum octogeſimum quartum huiuſce libri D. Thomas affert; nimirum Ariſtotelem non conſtituere Deum in ſupremo globo cœleſtium ſphærarũ, quaſi illum eo loco definiat, ac circunſcribat; ſed quòd inibi vberior, atque illuſtrior ſit eius operatio, maioremque ſuæ virtutis ſignificationem det ob incitatiſsimum in ea cœli parte motum. In alijs autem locis lib. de cœl. & de generatione diſtantiam accipit non pro intercapedine ſpatij; ſed pro naturæ diſsimilitudine; ita vt illa dicãtur à Deo longiùs diſtare, quæ pefectionis gradu ad eum minùs appropinquant. Quo etiam modo D. Auguſtinus duodecimo cõfeſsionum capite ſeptimo ſcripſit Deum feciſſe vnum prope ſe, ideſt naturam Angelicam; alterum prope nihil, ideſt, materiam primam; vbi non de ſpatij propinquitate, aut diſtantia loquitur, vt palam eſt. Verùm locus ille ex libro de mundo ad Alexandrum

*concl.*

*Sol argumẽtorum ꝑ parte negatiua.*

*D. Duguſt.*

Cōtrouerſia de auctore libri de mundo ad Alexand.

xandrum plus negotij exhibet. Sunt qui eum librum Ariſtotelicum eſſe negent. Alij ipſum pro Ariſtotelico habent, vt in prooemio huius operis retulimus. Pag.46.

His ergo poſterioribus qui aſſentiri volet, Ariſtotelemque tueri, dicat, ſi placet, eum non abſolutè à rebus ſingulis diuini Numinis præſentiam remouere, ſed duntaxat affirmare Deum non ita rebus omnibus naturalibus adeſſe, quaſi eas per ſe appropriatè efficiat, ſicuti Ariſtotelico dogmate (etſi falſo, vt aliàs patebit) primi orbis motum abſque alieno miniſterio exequitur. Neque item in tota mundi vniuerſitate eodem modo eſſe, licet in tota re vera ſit; ſed in ſupremo orbe, qui locus excelſior eſt, & diuinior, vt in regia domo inſidere; in reliquis verò mundi partibus, vt in regno, quod tamē Numinis ſui immenſitate, & præſentia repleat.

Deus opinione Ariſtotelis mouet per ſe immediatè primū mobile.

Lib.2.de cœlo.

# QVÆSTIO II.

## SIT NE DEVS EXTRA cœlum, an non.

### ARTICVLVS I.

### DISPVTATIO CONTROVERSIÆ in partem negatiuam.

Auctores partis negat.

Andreas Nocaſtrenſi: in 1.d.37.q.1.

NEgatiuam huiuſce quæſtionis partem ſecuti ſunt Scotus in 1.d.37.quæſt. vnica D. Bonauentura art. 2. quæſt. 1. num. 22. Durandus q.1. Capreolus quæſt. vnica art.3. alijque non nulli, pro qua hæc potiſsimùm ſunt argumēta. Extra cœlum nihil eſt: ſed Deus non poteſt eſſe in nihilo; non eſt igitur extra cœlū.

1.ratio.

2.ratio.

Itē, ſi Deus eſſet in ſpatio, quod vltra cœli complexum imaginamur; cùm ſpatium iſtud re vera nihil poſitiuum, aut reale ſit, pari ratione fas eſſet dicere Deum eſſe in cæcitate, alijsque priuationibus: quod abſurdum eſt.

3.ratio.

Deinde, ſicuti eiuſmodi ſpatium ſola mente concipmus, ita conſequens eſt, vt Deus non re ipſa, ſed noſtra tantū conceptione inibi exiſtere dicatur. Non ergo Deus re vera extra cœlum exiſtit.

4.ratio.

Accedit quòd ſubſtantię expertes materiæ non ſunt in loco, niſi per operationem: Deus verò extra mundum nihil operatur; ſicuti neq; ante mundum conditū quicquā operabatur: quod D. Auguſt.

lib. 11. Confeſsionum cap. 12. hiſce verbis ait. Dicenti quid faciebat Deus antequam faceret cœlum, & terram; reſpondeo nō illud, quod quidam reſpondiſſe perhibetur iocularitet eludens quæſtionem violentam: Alta, inquit, ſcrutantibus gehennas parabat. & paulo poſt; antequam faceret Deus cœlum, & terram non faciebat aliquid: ſi enim faciebat quid niſi creaturam faciebat?

*Reſpōſio ad quæſtionem, quid faciebat Deus ātequā mundum cōderet.*

Denique huic ſententiæ ſuffragatur idem D. Auguſtinus lib. 3. contra maximū cap. 21. quo loco ſciſcitantibus vbi nam Deus eſſet antequam mundum fabricaret, reſpondet fuiſſe in ſe ipſo. Quod repetit ſuper pſal. 122. in illa verba. Leuaui oculos meos in montes. Nec ibi vllam imaginarij ſpatij, in quo Deus extiterit, mentionem facit.

*D. Auguſti.*

## ARTICVLVS II.

## CONSTITVITVR PARS AFFIRMATIua teſtimonijs philoſophorum.

ADuerſaria tamen pars quæſtionis vera eſt: quam docuit inprimis Triſmegiſtus in Aſclepio, vbi ita inquit, Deus ſupra verticem ſummi cœli conſiſtens vbique eſt, omniaque circumſpicit. Eſt enim vltra cœlum ſpatium ſine ſtellis ab omnibus rebus corpulentis alienum.]. His concinit illa Dei definitio, quæ ab eodem tradita dicitur; Deus eſt intelligibilis ſphæra, cuius centrū eſt vbiq;, circunferentia nuſquam. In qua deſcriptione per ſphæram, quæ omnium figurarum abſolutiſsima eſt, ſumma diuinæ naturæ perfectio ſignificatur. Vel certè æqualitas omnium diuinorum attributorum; quia vt inquit D. Ambroſius in cap. 3. Epiſtolæ ad Epheſ. ſicuti in ſphæra quanta eſt altitudo, & latitudo, tanta eſt profunditas; ita & in Deo omnia ſunt æqualia. Per centrum, indicatur indiuidua, atq; omnimoda Dei ſimplicitas. Quod propterea vbique eſſe dicitur, quia Deus vbique totus eſt; ac res omnes penetrat eſſentiæ ſuæ præſentia. Vnde Marius Victorinus libro 4. aduerſus Arium ſcripſit Deum ſedere quaſi in centro rerum omnium, atque inde vniuerſali oculo cuncta cōſpicere: quoniam, inquit, à centro ſimul in omnia vnus eſt aſpectus. Denique per circunferentiam omnes terminos effugientem, declaratur immenſitas diuina; quæ nullis, neque intra neque extra cæli ambitum, limitibus coercetur. Quod quidā hiſce carminibus expreſsit.

*Triſmegiſtꝰ.*

*Deus intelligibili ſphęrę comparatur.*

*De hac Triſmegiſti ſententia Alanꝰ in lib. de maximis Theo. propos. 7. Alenſis 2. p. q. 15. mēb. 3.*

*D. Ambroſi.*

*Marius Victorinus.*

Vt tota per artus
Corporeos mens vna ſubit; ſic vnus in vna
Mundi mole Deus, mundo tamen amplior ipſo
Tendit in immenſum, nulloque includitur arcu
Sphæra Deus viuens; centri tumor occupat omnem,
Curuatura locum neſcit.

Præterea

Præterea idem placitum de exiſtentia Dei extra mundum ſecutos fuiſſe alios quoſdam ex antiquis philoſophis & Platonem, atque Ariſtotelem teſtatur Eugubinus lib. 4. de perenni philoſophia cap. 1. & 2. Quod item de Platonicis aſſerit Ficinus lib. 2. de immortalitate animorum cap. 6. Decere, inquit, Platonici putant infinitum bonũ per immenſum exuberando ita ſeſe integrum fundere, vt nullam vel imaginariam vniuerſi particulam, ſiue in mundo ſit, ſiue cogitetur extra mundum, relinquat ſua præſentia diſtitutam.

Platonici.

Ariſtoteles.

Ac quod ad Ariſtotelem attinet idem eum ſenſiſſe probant nonnulli ex ijs, quæ 1. de cœlo cap. 9. text. 100. docet, vbi hæc ſcripſit; Demonſtratum eſt extra cœlum nec eſſe corpus, nec etiam eſſe poſſe. Patet ergo neque locum extra cœlum eſſe, neque vacuum, neque tempus. Quo circa neque apta ſunt ea, quæ illic ſunt, eſſe in loco; neque tempus ſeneſcere ipſa facit, neque vllius eorum eſt vlla mutatio, quæ ſuper extima ſunt diſpoſita latione, ſed nullis alterationibus, nullis paſsionibus prorſus ſubiecta, optimam in vniuerſi ſempiternitate vitam, & ſufficientiſsimam habent.) At enim verò hic locus bifariam in noſtræ ſententiæ patrocinium poteſt adduci. Vno modo, vt velit Ariſtoteles extra cœlum non modo Deum eſſe; ſed alias etiam mentes à materiæ concretione liberas, quæ inibi cum Deo felici æuo perfruantur. Vel ita vt non aliam mentem præter Deum illic conſtituat. Priori explicationi obeſt quod Ariſtoteles 12. Metaphy. cap. 8 text. 47. non alias agnoſcit intelligentias, quam quæ cœleſtibus ſphæris circumuoluendis aſsident, atque ita nullas extra mundum ponit. Poſteriori quod cum Ariſtoteles numero multitudinis vſus ſit (ita enim habet διόπερ ὄτ' ἐν τόπῳ τ'ἀκεῖ πέφυκεν, ideſt, quo circa neque apta ſunt ea, quæ illic ſunt, in loco eſſe) non Deum tantùm, ſed alias præterea ſubſtantias intellectrices illic videtur collocaſſe. Reſpondet quidem Auerroes pro hac ſecunda interpretatione vſurpatum fuiſſe ab Ariſtotele numerum pluriũ pro numero vnius. Sed meliùs forſitan dicetur retenta priori explicatione Ariſtotelem non ſatis conſtitutum habuiſſe, quid de numero intelligentiarum decerni oporteret. Nam & Clemens in Stromatibus ait Ariſtotelem mentionem feciſſe de dijs localibus, qui vrbibus, & regnis præſiderent, quos non niſi incorporeas ſubſtantias fecisse veriſimile eſt. Itaque dici poteſt Ariſtotelem in libris de cœlo, eo, quem indicauimus loco, cenſuiſſe dari multas intelligentias ſupra cœlum, quamuis in contrariam partem inclinarit 12. Metaph. Cæterum D. Thomas prædictum locum in alium ſenſum ab hiſce duobus longè diuerſum accipit, nimirum vt doceat Ariſtoteles Deũ omneſque intelligentias eſſe ſupra cœlum, ac mundum, ideſt extra ſortem, & conditionem omnis naturæ corporeæ; neque ſucceſsionem temporariam pati, nec motibus ſubijci, nec poſse de immortali & felici vita quicquam amittere. Quam explanationem, quia ſuo etiam modo probabilem arbitramur, non credimus irrefragabile argumen-

Perpenditur locus ex 1. de cœlo.

Auerr.

De numero intelligentiarum apud Ariſtotelem.

Lege Mirād. lib. 3. contra Aſtrol. c. 4.

D. Thomæ interpretatio.

gumentum ex hoc loco duci ad probandum ſecundum placita Ariſtotelis Deum extra cœlum eſſe.

Quicquid tamen ille exiſtimarit, non pauci ex Peripateticis eam ſententiam amplexi ſunt, vt Ioannes Maior in 1. d. 37. q. 2. Ferrarienſis q. 4. huius libri Altiſidorenſis lib. 1. ſuæ ſummæ cap. 16. vbi docet hoc pronuntiatum, Deus non eſt extra mundum, falſum eſſe. Item Ficinus, & Eugubinus loc. cit. quibus non nihil fauet D. Thomas quodl. 11. art. 1. vbi concludit Deum non ſolum eſſe in rebus veris, ſed etiam in imaginarijs.

Peripatetici aſſerentes Deum eſſe extra cœlum.

## ARTICVLVS III.

## CONFIRMATVR EADEM PARS argumentis, & patrum, ac ſacræ paginæ teſtimonijs.

HActenus philoſophorum dumtaxat auctoritate Deum extra mundum eſſe oſtendimus. Nunc id primò rationibus, deinde patrum, ac diuinarum literarum teſtimonijs confirmabimus. Prima ratio hæc ſit. Non minùs ſeſe fundit immenſitas Dei ad loca, quàm æternitas ad tempora; cùm omnia diuina attributa æquè perfecta ſint, eandemque rationem habeat immenſitas ad locorum differentiam, quam æternitas ad omnem temporum varietatem: atqui Deus extitit per infinitum tempus imaginarium, quod ſua æternitate indiſcretè, & vnitè comprehendit: ergo & nunc exiſtit in infinito ſpatio imaginario, cui per ſuam immenſitatem reſpondet.

Argum.

Ab immenſitate diuina.

Secunda ratio. Deus eſt id, quò nihil maius poteſt concipi: at ſi extra cœlum non eſſet, poſſet aliquid eò maius concipi, nimirũ ipſe Deus conſiſtens in infinitis ſpatijs, in quibus nunc non eſſet. Impoſſibile eſt ergo Deum non eſſe actu extra mundũ. Corroboraturque argumentum, quia ſubſtantia immaterialis, quò nobilior eſt, eo ampliorem exiſtentiæ ſphæram habet. Quare ſi infinitè perfecta ſit, ſphæram obtinebit infinitam, ideſt, nullius ſphæræ ſiue ſpatij limitibus concludetur.

A perfectione diuini eſſe.

Tertia ratio. Conſtituat Deus extra cœlum duo corpora, quæ aliquã ab ſe intercapedine ſpatij diſtent. Negari non poterit Deum eſſe vbi ea corpora exiſtent; cùm oporteat in qualibet creatura eſſe Deũ: ſed abſurdum eſt affirmare Deum in ijs corporibus exiſtere, neque tamen eſſe in ſpatio, quod inter illa iacet, ergo Deus actu iam eſt in toto ſpatio, quod extra mundum tenditur. Probatur minor, quia alioqui ſequeretur Deum eſſe quodammodo à ſe abiunctum, & diuiſum; itemque ab vna parte ſpatij ad aliam cõmeare, & migratoriũ motum ſubire; ſi videlicet eiuſmodi corpora, in quibus eſſet, ab ipſo

Ab immutabilitate diuina.

Deo,

Deo, vel ab Angelo hinc illuc transferrentur. Quare cùm nulla mutatio in Deum cadat fatendum erit exiſtere Deum in infinito ſpatio extra mundum.

Patrum teſtimonia. D.Gre. Naz. Corroboratur deinde hæc ſententia auctoritate patrum. In primis D. Gregorius Nazíazenus lib. 2. de Theologia quæſtionem hãc ex inſtituto pertractans refellit eos, qui dixerint Deum in mundo tantùm eſſe, concluditque nec in mundo tantùm, nec extra mundũ ſolummodò, ſed vtrobique Deum eſſe præſentem. Quod repetit in Apolog. 1. Item D. Baſilius homil. 16. (D. Baſil.) Nec Pater, inquit, nec Filius ſunt in loco aliquo circunſcripto; totum quodcunque noueris, & quocunque ſpiritu tuo penetraueris, Deo plenum eſt. (D.Diony.) D. Dionyſius in libro de diuinis nom. cap. 1. aſſerit Deum & in mundo, & ſupra mundum, & circa mundum eſſe. (D.Athan.) D. Athanaſius in epiſt. ſynodi Nicænæ affirmat Deum in omnibus eſſe ſecundum ſuam bonitatem & poteſtatem, eundemque extra omnia eſſe ſecundum ſuam propriam naturam. (D.Hilar.) D. Hilarius in pſal. 118. Deum non corporalibus locis contineri, nec finibus, aut ſpatijs diuinæ virtutis immenſitatem coarctari. (D. Auguſt.) Poſtremò idem docet D. Auguſtinus. 11. de ciuit. Dei cap. 5. vbi indignum putat Philoſophis negare Deum eſſe extra mundum. An forte inquit, ſubſtantiam Dei, quam nec includunt, nec determinant, nec diſtendunt: ſed de ea, ſicut de Deo ſentire dignum eſt, fatentur incorporea præſentia vbique totam à tantis locorum extra mundum ſpatijs abſentem eſſe dicturi ſunt: & vno tantùm, atque in comparatione illius infinitatis, tam exiguo loco, in quo mundus eſt, occupatam? Non opinor eos in hæc vaniloquia progreſſuros; hæc D. Auguſtinus, idemque confirmat lib. 1. confeſſ. cap. 3. & lib. 7. cap. 7. in quo poſtremo loco Deum concipit tanquam mare immenſum, mundum verò inſtar paruæ ſpongiæ in medio illius.

Teſtimonia ſacræ paginæ. Lib Reg. Accedunt ad eiuſdem rei confirmationem aliquot loca ſacræ paginæ. 3. regum cap. 8. Cœli cœlorum te capere non poſſunt quanto magis domus hæc, quam ædificaui? (Baruch.) Baruch. 3. Magnus eſt & non habet finem, excelſus & immenſus. Iiſque congruit illud quod de excellentia Virginis Matris canit Eccleſia, Quem cœli capere non poſſunt, tuo gremio contuliſti. Quibus verbis docemur Deum non cœlo, aut mundo concludi, proindeque in ſpatijs quoquouerſum infinitè diſtentis actu eſſe.

## ARTICVLVS IIII.

## QVIDNAM SIT IMAGINARIVM ſpatium: quopacto Deus in eo exiſtat. Solutio argumentorum primi articuli.

AD

AD vberiorem tum noſtræ ſententiæ, tum argumentorum explicationem, quædam circa ſpatium, de quo agimus, quod tam intra, quàm extra cœlum funditur, aduertenda erunt. Primum ſit, hoc ſpatium non eſse veram quantitatem trina dimenſione præditam; alioqui non poſsent recipi in eo corpora, cùm plures eiuſmodi dimenſiones in eodem ſitu, naturæ viribus, ſimul eſse nequeant. Item nec eſſe vllum aliud reale, ac poſitiuum ens, cùm nihil tale præter Deum ab æterno fuerit; hoc verò ſpatium ſemper extiterit, ſemperque eſſe debeat. 1. pronuntiatum.

Secundum eſt. Spatium hoc non eſſe ens rationis, cùm ab eo re ipſa abſque opera intellectus intra mundum corpora recipiantur, & extra mundum recipi queant, ſi illic à Deo creentur. Quare eius dimenſiones non iccirco imaginariæ dici conſueuerunt, quòd fictitiæ ſint, aut à ſola mentis notione pendeant, nec extra intellectum dentur; ſed quia imaginamur illas in ſpatio proportione quadam reſpondentes realibus, ac poſitiuis corporum dimenſionibus. 2. pronuntiatum.

In hoc igitur imaginario ſpatio aſſerimus actu eſſe Deum, non vt in aliquo ente reali; ſed per ſuam immenſitatem, quam quia tota mundi vniuerſitas capere non poteſt, neceſſe eſt etiam extra cœlum in infinitis ſpatijs exiſtere. Vbi aduerte aliter Deum in ſe ipſo, aliter in rebus creatis, aliter extra mundum eſſe. Eſt enim in ſe, quia nullius eget adminiculo: eſt in rebus creatis per ſuam eſſentiam, præſentiam, & potentiam: eſt extra cœlum, quia à nullo ſeu vero, ſeu imaginario loco excludi poteſt; etſi in imaginario non ſit præſens ſecundum coexiſtentiam ad aliquam creaturam; ſed ſecundum realem, atque infinitam exiſtentiam ſui eſſe. Varij modi, quibus exiſtit Deus. In ſe ipſo. In rebus creatis. Extra cœlũ.

Aduerſariorum autem argumenta, quæ initio propoſuimus, hunc in modum explicanda ſunt. Ad primum inficiamur non poſſe Deum eſſe in nihilo, ideſt in ſpatio, quod ens reale, & poſitiuum non eſt; alioqui nec lapis diuina virtute extra cœlum eſſe poſset. Ad ſecundum, negandum eandem eſſe rationem in cæcitate, alijsque priuationibus, quæ in ſpatio. Sicut enim ſpatio conuenit aptitudo ad recipienda corpora, quæ non conuenit alijs negationibus, nec priuationibus, ita eidem competit vt in eo Deus eſſe dicatur, etſi in alijs negationibus, vel priuationibus non dicatur eſſe. Ad tertium, ita concipi à nobis illud ſpatium extra mundum, vt illic verè ſit; non tamen vt ens reale, & poſitiuum. Ad quartum, Deum non propriè dici in loco eſse; cùm nullis ſpatijs concludatur: ſed neque ſubſtantias creatas materiæ expertes eſse in loco per operationẽ; ſed per ſuã ſubſtãtiã certo modo ſpectatã; quod enucleatiꝰ explicare nõ eſt huius loci. Ad poſtremũ licet D. Aug. nullã in eo libro imaginarij ſpatij fecerit mentionem, feciſse tamen, & quidem apertis verbis, ac luculentis, lib. 11. de ciuitate Dei loco à nobis citato. Quæ cùm ita ſint patet nõ rectè Aquariũ. 1. Metaphy. dilucidatione. 14. hãc, quã Reſpõſio ad argumẽta aduerſariorum. Ad. 1. Ad. 2. Ad. 3. Ad. 4. Subſtãtiæ materiæ expertes quo pacto ſit in loco. Ad vlt.

ſequimur, opinionem de exiſtentia Dei extra cœlum, erroris nomine incuſare.

# QVÆSTIO III.

## VTRVM PRIMVS MOTOR SECVNDVM Ariſtotelis doctrinam infinita virtute polleat.

## ARTICVLVS I.

### QVIBVS ARGVMENTIS PARS negatiua quæſtionis oſtendi videatur.

Aſſertores partis negatiuę.

VLtimo loco diſquirendum ſupereſt, num Ariſtoteles infinitã in primo motore, hoc eſt, in Deo virtutem agnouerit. Ochamus quodl. 3. q. 1. & quodl. 7. q. 22. & 23. Gregorius in 1. ſent. d. 42. q. 3. art. 1. Marſilius. q. 24. art. 2. Aliacenſis. q. 13. ar. 3. Nouocaſtrenſis d. 44. q. 1. Canus. 10. de locis theologicis. Iandunus 12. Metaph. q. 15. alijq́ue nonnulli putant Ariſtotelem attribuiſſe Deo virtutem infinitam duratione tantũ, non vigore & intẽſione. Idemq́ue cenſuit Plethon in libello, quem inſcripſit de ijs, quibus Ariſtoteles à Platone diſsidet, vbi tum alijs rebus, tum hac, Ariſtoteli Platonem anteponit, quod hic Deum pro dignitate honorarit, rerumq́ue omnium parentem, & creatorem fecerit: ille eundem ſupremæ ſphæræ motorem conſtituerit, ac cæteris intelligentijs non infinita perfectione, ſed proportione quadam antecellere exiſtimarit.

Abulenſis ad cap. 2. Ioſue q. 49. Niphus in lib. de infinitate primi motoris.

Plethon Ariſtot. Platonẽ pręfert.

1. argum.

Poſſunt autem pro hac ſententia hæc argumenta afferri. Ariſtoteles extremo capite huius libri probauit non poſse dari infinitam virtutem in magnitudine; quia ſi ea daretur, moueret in non tempore. Hinc ita licebit argumentari. Nulla potior eſt ratio cur virtus infinita in magnitudine, quàm extra magnitudinem, moueat in non tempore; ergo ſi Ariſtoteles cenſuit non poſſe virtutem infinitam in magnitudine eſſe, quia moueret in non tempore; conſequens eſt vt putarit non poſſe item ob eandem cauſam virtutem infinitam extra magnitudinem exiſtere. Quòd ſi quis reſpondeat cum D. Thoma prima parte quæſt. 105. arti. 2. ad 3. & primo contra gentes, capite vigeſimo Ariſtotelem negaſſe infinitam virtutem

A probatione Ariſtotelis.

Refutatiò reſponſionis.

in

in magnitudine, hoc eſt, in re naturali intellectus experte; quia hæc neceſſariò totam ſuam vim effunderet, atque ita vno puncto temporis motum faceret; non tamen eam negaſſe in re intellectus participe, qualis eſt primus motor, qui pro ſuo arbitratu motricem vim attemperare, & impulſui modum adhibere poteſt. Siquis, inquam, ita reſpondeat; facilè reuincetur; ſiquidem Deus ex Ariſtotelis ſententia, etſi abſurda, & impia, non operatur liberè, ſed ex naturæ neceſsitate, proindeque neceſſariò totam ſuam virtutem ad motum applicat, & ex conſequenti ſi apud Ariſtotelem haberet infinitam virtutem, efficeret motum in non tempore. Error Ariſt.

Secundò, Ariſtoteles nonnulla Deo attribuit, quæ cum infinita eius virtute cohærere nequeunt. Non igitur putauit Deum habere infinitam virtutem. Probatur aſſumptum; quia. 1. de cœlo cap. 8. à text. 76. negat poſſe Deum plures mundos condere. Et 2. eiuſdem operis lib. cap. 6. à text. 35. aſſerit primum motum eſſe definitæ velocitatis ob determinatam vim primi motoris; putat igitur diuinam virtutem eſſe ad certum effectum determinatam, atque adeò nõ eſſe infinitam. 2. argum.

Tertiò, Ratio, qua vtitur Ariſtoteles ad aſtruendam primi motoris infinitatem, tantum euincit conuenire Deo virtutem infinitam duratione: non igitur virtutem intenſione, & vigore infinitam Deo attribuit. Probatur aſſumptum, ſic enim ille ratiocinatur. Primus motor mouet tempore infinito; ergo habet infinitam virtutem. Hæc autem conſecutio, ſi de virtute infinita quoad intenſionẽ intelligatur; nullius momenti eſt; alioqui probaret etiam intelligentias inferiorum orbium motrices, cum ſecundum ipſius doctrinam ex æternitate moueant, habere virtutem infinitam; quod non ita eſt. 3. arg.

## ARTICVLVS II.

## QVÆSTIONIS EXPLICATIO.

Item Aegidius in 1. d. 43. q. 1. Sonc. 12. Metaph. q. 41. Zimara theor. 61. Mai. in 12. Metaph. q. vl. Cai. in opuſ. de infinitate primi motoris. Bargius in 1. d. 2. q. 2.

PRobabilior tamen videtur eorum opinio, qui arbitrantur Ariſtotelem cognouiſse Deum habere virtutem perfectione infinitam. Ita ſentit D. Thomas prima parte, quæſt. 25. arti. 2. Henricus Gandauenſis prima parte ſuæ ſummæ arti. 35. quæſt. 6. Scotus in primo diſt. 2. quæſt. 2. & in quodlibetis quæſt. 7. Magnus Albertus hoc in libro tract. 4. cap. 1. & Simplicius ad text. 79. vbi aſſerit idẽ omnibus antiquis Peripateticis viſum fuiſſe. Probatur autem hæc ſententia ex diſcurſu Ariſtotelis ad calcem huius libri, & 12. Metaphyſ. capite ſeptimo, text. 41. qui in hunc modum ſe habet. In magnitudine non poteſt eſſe infinita virtus; ſed virtus primi moto- Concluſio. Cõfirmatur.

ris eſt infinita; cùm ex æternitate moueat. Non eſt igitur in magnitudine. Deinde maiorem propoſitionem confirmat, quia ſi infinita virtus eſſet in magnitudine, moueret in non tempore; quod neutiquam fieri poteſt. Quòd autem hæc Ariſtotelis ratiocinatio virtutem non ſolùm duratione, ſed etiam perfectione infinitam primo motori aſcribat, haud obſcurum eſt; arguit ſiquidem futurum motum in non tempore, ſi primi motoris virtus in magnitudine eſſet; ineptè verò argueret, ſi de virtute quoad durationem tantum infinita loqueretur. Non enim ex eo, quòd virtus aliqua infinitis ſæculorum ætatibus duret, ſequitur infinita velocitate, atque adeò in non tempore mouere; vt luce clarius eſt.

Reſponſio ad arg. partis cõtrariæ.

Diſſoluamus igitur argumenta, quæ in aduerſam partem adduximus. Ad primum rectè reſpondebatur. Sed enim reſponſionis confutatio difficilem habet explicationem. Illud certè conſtat; neceſſitatem operandi, quam Deo impoſuit Ariſtoteles, non poſſe cum infinita diuinæ naturæ perfectione congruere, vt alibi diximus. Dubium tamen, controuerſumque eſt; num ſecum ipſe pugnarit, dum aſſeruit Deum infinitam habere virtutem, eamque ad agendum neceſſariò applicare; & tamen non momento, ſed tempore mouere; cùm ex appulſu infinitæ virtutis infinita velocitas oriatur. Soncinas 12. Metaph. q. 41. cenſet tametſi Ariſtoteles finxerit primum motorem naturæ neceſsitate agere; non tamen putaſſe eum totam ſuam vim ad motionem faciendam appellere; ſed duntaxat pro exigentia, neceſsitateve finis, ac materiæ. Quo fit, vt eſto apud Ariſtotelem primus orbis à Deo motum accipiat; adhuc tamen in tempore moueatur; quia nimirum Deus, licet infinita virtute polleat, non proinde infinitum impulſum imprimit; ſed certum, ac determinatum, prout cœleſtium corporũ natura, & vniuerſitatis ordo, perfectioq; depoſcit. Hæc Soncinatis explicatio probabilis eſt, atque ad Ariſtotelis doctrinam à contradictionis nota vindicandam admodum appoſita: videturque neceſſariò admittenda ab ijs, quibus tueri placuit, ex eo quod Deus ſecundum Ariſtotelem neceſſariò operetur, non continuo adimi apud illum rerum contingentiam. Nãque ſi aſſerãt Deum ex illius ſententia ad cuiuſque effectus productionem totam ſuam infinitam virtutem infinitè applicare; fateãtur neceſſe eſt, nullum agendi locum cauſis ſecundis relinqui, proindeque concurſum cauſæ primæ non modificari à concurſu cauſæ ſecundæ contingenter operantis. Qua ſola ratione tueri quibunt rerum contingentiam cum neceſsitate diuinæ actionis ſtare poſse. Sed hac de re alibi plenius, & planius.

Ad 1.

Dubium.

Lib. ?. cap. ? q. ? art. 3. ad ?

Explicatio dub.

Deus ſecundum Ariſtotelem non applicat totam ſuam vim infinitã ad mouendum cœlum.

Lege Cii. q. 19. 1 p Sonc. 6. Metaph. q. 12. Iauel. [illegible] eodem lib. q. 10.

Ad. 2.

Quopacto negarit Ariſtoteles poſſe à Deo condi plures mundos.

Ad ſecundum dicendum eſt Ariſtotelem negare, poſse eſſe plures mundos non ob defectum, aut imbecillitatem diuinæ potentiæ, quã infinitam credebat, ſed ob determinationem diuinæ voluntatis; quã, etſi falsò, ex natura ſua determinatam putabat ad certa effecta. Accedit quod arbitrabatur ex parte ipſius rei implicationem, & repugnantiam

nantiam eſſe, quominus plures mundi ſimul conſiſterent; quã repugnantiam ipſe primo de cœlo cap. 8. & 9. aſtruere conatur: perperam tamen; niſi forte loqueretur de potentia Dei ordinaria, ac ſecundum conſuetum rerum curſum: ſic enim plures mundi eſſe non poſſunt. Verum extraordinariam Dei potentiam Ariſtoteli haud quaquam innotuiſſe veriſimilius eſt. Ad id vero, quod de præſcripta primi motus velocitate opponitur; dicito eã non ex diuinæ potentiæ finitudine oriri, ſed ex limitata illius applicatione, quia ſcilicet primus motor vim motricem, qua valet, non totam effundit, ſed modo ſuperius explicato. Extra ordinariã Dei potentiam nõ fuiſſe Ariſtoteli cognitã.

Ad tertium reſpondendum eſt cum D. Thoma, Scoto, Henrico Gandauenſi, AEgidio, & alijs rationem illam Ariſtotelis non ſic eſſe intelligendam quaſi ex eo tantum, quòd primus motor ab æterno moueat, rite colligatur ineſſe illi infinitam virtutẽ: ſed quia ita mouet, vt à nullo motricem vim hauriat, nec aliunde pẽdeat; quæ agẽdi ratio infinitam arguit poteſtatem, virtutemque non duratione tantùm, ſed perfectione, & efficacitate infinitam. Namque, vt Scotus deducit, id quod virtutem mouentem non aliunde ſed à ſe ipſo poſsidet, habet quoque eſſe à ſe, cùm & eſſe, & ratio agendi ab eodem fonte ſint. Quod verò eſſe ab ſe habet, neceſsario illud ſecundũ totam entis perfectionem obtinet; quia nihil limitatè poſsidetur, niſi quod ab alio ipſum præfiniente, & limitante ad certum gradum contribuitur. Cùm igitur primus motor ſecundum Ariſtotelẽ virtute propria motum edat (alioqui daretur progreſsus infinitus in mouentibus, quod fieri non poſse demonſtrauit) cùmque totã entis plenitudinem in ſe includat, atque adeò infinitè perfectus ſit, ſequitur eius quoque potentiam infinitam eſse. Ad. 3. Eſſe, & rationem agendi ab eode fonte eſſe.

Obijciet tamen aliquis. Si hæc Ariſtotelis probatio hunc in modum intelligenda ſit, æquè benè propoſitum concludere in quouis finito motu, atque in motu cœli infinito: ſiquidem nullum agens vel lapidem mouere poteſt virtute, quæ nullo pacto aliunde pendeat, quin infinitam potentiam obtineat. Quare ſine cauſa Ariſtotelem ad probandam infinitam potentiam primi motoris, tantam vim in infinitate primi motus feciſse. Huic obiectioni occurrendum eſt cum Scoto in quodlibetis q. 7. etſi ex quouis motu, & omnino ex qualibet actione citra omnem dependentiam edita, infinita virtus colligatur; tamen appoſitè Ariſtotelem ad infinitatem primi motus recurriſse, propterea quod hic motus non ſolum infinitus ſit, eius sẽtentia; ſed etiam primò infinitus, atque ita primo motori maximè proprius. Sicque tota ratio hunc in modum cõcludẽda erit: Primus motor mouet motu infinito infinitate prima, quæ videlicet ab infinitate alterius motus non eſt, & per virtutem à nullo alio agente ſuperiori communicatam; habet ergo virtutem incircunſcriptam, atq; infinitam. Obiectio. Dilutio. Cur Ariſtoteles ad infinitatẽ primi motus recurrerit.

Verùm ſiue Ariſtoteles hoc, ſiue alio modo reſpõderet; ſiue hæc, ſiue

ſiue alia eius fuerit ſententia, fides tamē Orthodoxa, quæ veræ Philoſohiæ parens, & rectè ſentiendi, atque honeſtè viuendi magiſtra eſt, quæ AEgyptiorum primogenitos, ideſt, errantium ſectarū capita veritatis gladio amputauit; cuius lumine omnis falſitas, quaſi nebula radio ſolis euaneſcit; Orthodoxa, inquam, fides infinitā potentiam, ac virtutem attribuit Deo Opt. Max. ſupra quem nihil; ſine quo nihil: in quo cuncta, tanquam numeri in vnitate, lineæ in centro ſunt; ibique verius, quàm in ſe ipſis, eſſe habent: cui omnia cōparata, adeò infra ſunt, vt nō eſſe videatur: qui eſt principiū & finis; ex quo omnia; per quem ſingula, ad quem vniuerſa: cuius eſt vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera charitas: à quo eſt omnis bonitas naturæ, & felicitas vitæ: quē qui cognoſcit, ſapiens eſt; qui colit, pius; qui intuetur, beatus; cui ſit laus & honor in omnē æternitatem.

Primo geniti AEgyptiorum capita errantiū ſectarum.

(†)

# FINIS LIBRI OCTAVI.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

# INDEX
# RERVM PRÆCIPVARVM,
## QVAE IN HOC VOLVMINE CONTI-nentur. In quo numerus paginam indicat; P. principium; M. medium. F. finem.


### ABSTRACTIO.

ABſtractio quotuplex pag. 8.m.
Tres partes contemplãtis Philoſophię triplici abſtractione diſtinguuntur, pag. 8.m.
Refelluntur qui contra ſentiunt. 7.f.
Abſtractio Mathematica duplex. 9.f.
Admittenda eſt abſtractio ſecundum rem & rationem, quę per indifferentiam dicitur, & Metaphyſicę conueni̇t. 11.p.
In abſtractione non interuenit mendacium, pag. 9 m.
Cum abſtractio à materia diſtinctionem ſcientiis pręſtare dicitur, quopacto materię nomen accipiatur. 14.f.
Abſtractio ſpeciei prior, & facilior, quàm generis. 73.p.

### ACADEMIA, ET ACADEMICI.

Academię nouę pręcipuus auctor, & ignorãtię magiſter Arceſilas. 21.m.
Academici, & Peripatetici ad Socratem ſua dogmata referebant. 44.m.
Duos Academici mundos poſuere, alterum ſenſibilem, alterum intelligibilem. 16 p.
Academici ab omnibus rebus aſſenſionẽ cohibendã eſſe aiebant. 20.m.
Confutatur hic error. 20.& 21.
Academici ſenſibus fidẽ denegarunt. 21.m.
Academici diuinę prouidentię calumniatores. 21.m.
Academici affinxere animæ tenue corpuſculum, cuius interuentu vniretur huic noſtro craſſo, & concreto corpori. 369.f.
Ex Academicis nonnulli arbitrari ſunt locũ eſſe ſpatium, ſiue capidinem corporum, pag. 470.p.

### ACCIDENS.

Accidens non producit ſubſtantiam vi propria. 321.f.
Contrarię partis argumenta ſoluũtur. 324.p.
Accidens virtute ſubſtantię attingit ſubſtantię productionem. 321.f.
Quidnam ſit accidens virtute ſubſtantię producere ſubſtantiam. 322.m.
An accidens vi propria aliud accidens producat. 323.m.
Duo accidentia ſubſtantiam ſenſibilem primo conſequuntur, videlicet quantitas, & qualitas. 110.p.
Accidens extra ſubiectum an poſsit agere, pag. 324.f.
Vtrum ex omnibus accidentibus ſolę qualitates agendi vim habeant. 327.p.
Poſito diuinitus eodem corpore in duobus locis, quę accidentia vtrobique ei conuenire debeant, quę non. 491.m.
Num accidentia ſint nobiliora, quàm materia prima. 163.p.

### ACCRETIO.

Accretionis viuentium certi termini. 112.m.
Accretioni ſtata tempora. 113.f.
Accretio motus ad quantitatem vnius ſpeciei, pag. 382 p.
Accretio vt eſt motus ad maiorem quantitatem non diſtinguitur ſpecie a decretione, vt eſt motus ad minorem quantitatem, ſed ſunt compoſita accidentaria. 383.p.
Vtrum detur accretio violenta, & naturalis, pag. 396.f.
Accretionem corporum accelerat ciborum, & deliciarum affluentia. 396 m.
Achilles Zenonis motum tollentis. 643.p.

### ACTIO.

Actio alia immanẽs, alia tranſiẽs: vtraq; pertinet ad prędicamentum actionis. 400.p.
Quopacto actio, & paſsio à motu differant, pag. 402.m.
Actio & paſsio ſunt vnus, & idẽ actus. 401.m.
Actio tranſiens non eſt in agente. 401 p.
Omnis actio eſt à forma. 191.m.
Nulla actio eſt à materia. 166.m.& 191.m.
Nulla actio eſt à quantitate. 328.m.
Actio eſt cauſalitas cauſę efficientis. 279.f.
Multitudo, & varietas actionum vnde ſit, pagina. 191.m.
Ex actione rerum naturalium argui formam ſubſtantialem. 191.m.


Semper

Semper actio eſt à vincente. 491.p.
An eadem actio ſit qua Deus cum agente creato rem producit, & qua poſtea ſe ſolo eam conſeruat. 292.m.
Cauſę ſecundę, & Dei ſimul cum ea operantis eadem actio. 301.p.
Creatio an ſit externa actio Dei. 709.p.
Actiones extraneę Dei ſunt toti Trinitati cõmunes. 330.f.
Vtrum omnis actio ſit perfectio agentis. pag. 303.p.
Actio cauſę primę quopacto determinatur ab actione ſecundę, & contrà. 308.m.
Actio vniformiter difformis. 609.& 615.f.
Actio aquę calefacientis: itẽ actio ferri igniti quibus ſit aſcribenda. 324.p.
Ceſſante conſeruatrice actione Dei, confeſtim res dilaberentur in nihilum. 290.p.
Sententia exiſtimantium corporibus nullam conuenire actionem. 293.f.
Sententia Democriti, & aliorum actionem corporum fieri per emiſsionem atomorum. 296.f.
Actio ſpectata prout agens illius interuentu effectum attingit, habet ſeſe ex parte cauſę. 280.m.
Actio caloris extra ſubiectum cui ſit attribuenda. 325.m.

ACTVS.

Actus primus, & actus ſecundus. 750.f.
Actus informans, & actus per ſe exiſtens. pagina. 165.m.
Actus entitatiuus an ſit ponendus. 165.m.
Materia neque eſt actus phyſicus, neque actũ phyſicum in ſua eſſentia includit. 164.f.
Actus ſpeciem capiunt ab obiectis. 578.p.
Actus pendent ab obiectis, vt à cauſis formalibus externis. 265.p.
Nihil vetat actum vnius eſſe in alio. 403.p.
Actus & endelechia interdum accipiſitur pro actu imperfecto cuiuſmodi eſt motus. pag. 388.p.
Bonitas, & malitia moralis ineſt primò formaliter in ipſis actibus. 279.m.

Acus pixidis nauigatorię qua vi ſeſe ad polum obuertat. 672.f.
Cur in quibuſdam locis non rectà polum intueatur. 673.p.
AEqualitas altrix concordię. 351.m.

AETERNITAS, ET AETERNVM.

Quid ſit ęternitas. 550.m.
Aeternitas poteſt vtcumque demonſtrari à priori de Deo per eius immutabilitatem. pag. 548.f.
Quę res potuerint ex ęternitate eſſe. 732.f.
Non fuiſſe mundũ ex æternitate communis veterum ſapientum conſenſus. 715.m.
In horizonte æternitatis cur animus hominis eſſe dicatur. 211.m.
Quid ſit ęternitas participata, & quibus rebus conueniat. 551.p.
In ęternis non differunt eſſe, & poſſe; quis ſenſus. 751.f.
Repugnat fuiſſe aliquid ab æterno, & duraſſe per tempus finitum. 738.p.
Aeternum cur Deus mundũ non fecerit 726.f.
Quo ſenſu Patres negarint potuiſſe aliquid pręter Deum eſſe ab ęterno. 736.f.

AEVVM.

Quid ſit æuum. 550.f.
Quopacto ęuum differat ab æternitate participata. 551.p.
Quę res ęuo menſurentur. 551 p.
In ęuo nec ſucceſsio eſt, nec partium diſtinctio. 551.p.
Quid ſit modus ęui, & quibus rebus accommodetur. 551.m.

AGERE.

Omne agens creatum ſupponit ſubiectum, in quod agat. 230.m.
Nullũ agẽs poteſt primò agere ĩ remotũ. 669.f.
Poteſt aſſumi aliquid à Deo vt inſtrumẽtũ ad agẽdũ in id, quod ab inſtrumẽto diſtat. 683.p.
Phantaſia quopacto agat immediatè in appetitum, à quo diſtat. 698.m.
Quid ſit agere immediatè immediatione virtutis. 305.f.
Quid ſit agere immediatè immediatione ſuppoſiti. 305.f.
Deus agit immediatè vtroque modo. 306.p.
Res vnitę, & collectę multò fortiùs agunt. pag. 660.m.
Vt aliquid propter finem agat, non neceſſe eſt finem pręcognoſcere. 358.m.
Deo quopacto conueniat agere propter finẽ. pag. 341 p.
Agentia naturalia determinata eſſe ad vnum; quis ſenſus. 229 m.
Nullum agens poteſt aliquid operari ſine concurſu Dei. 298.f.
Cur ſoli agenti conueniat cauſalitas realiter ab eo diſtincta. 280.p.

ALCHYMIA.

Alchymiam inuexit fames auri. 236.f.
Alchymia num verum aurum efficere poſsit latè diſquiritur. 236.f.
Alchymię libri Diocletiani iuſſu flammis deleti. 239 p.
Alchymię profeſſores non ſat benè audiunt. pag. 238.f.

## ALTERATIO.

Alterationis nomen varie accipitur. 689.m.
An alteratio verſetur in ſolis tertię ſpeciei qualitatibus. 689.p.
Rerum ſimulachra ſenſiterijs inuſta alterationem efficiunt, ſed impropriam, pagina. 689.m.
Ad ſcientias, ad virtutes, ad figuras cur non ſit alteratio. 685.m.
Tot ſunt alterationes ſpecie diſtinctę, quot ſpecies qualitatum, quę per ſe motu acquiruntur. 584.m.
An varietas qualitatis mediæ ſpecie diſtinctę arguat ſpecificam diſtinctionem alterationis. 584.m.
Alteratio alia naturalis, alia violenta, pagina. 596.m.
Alteratio non eſt ad relationem. 687.f.

## ANAXAGORAS.

Anaxagoras mundo initium dedit. 715.f.
Anaxagoras quę fecerit rerum naturalium principia. 147.p.
Anaxagoras aſſeruit in qualibet re contineri infinitas particulas rerum, quę ex ea gigni poſſunt. 107.f.
Refellitur ab Ariſtotele. 18.m.

## ANIMA.

Anima à principio eſt veluti tabula, in qua nihil ſit depictum. 70.p.
Animę humanę conſideratio ad quam ſcientiam ſpectet. 355. p. & 229.m.
Anima humana cur dicatur eſſe in horizonte ęternitatis, & temporis. 211.m.
Anima in genere cauſę ſubiectiuę naturaliter ſuſtinet gratiam, non habet tamen naturalem potentiam ad eam recipiendam, pag. 210.m.
Anima rationalis non educitur de potentia materię. 207. p. & 210. f.
Anima rationalis etſi non pendet à materia quoad ſuum eſſe, pendet tamen quoad officium informandi. 282.m. & 286.p.
Anima ſeparata an vi propria ſeſe vnire valeat corpori diſpoſito. 297.m.
An in doctrina Ariſtotelis ponenda ſit infinitudo animarum rationalium. 431.p.
Ex anima & corpore ſit vnum abſque medio vinculo. 397.p.
Status animę extra corpus inter naturalem & violentum medius. 200.p.
Etiam anima intellectiua eſt natura, pagina. 228.f.
Anima rationalis eſt verè, & eſſentialiter forma humani corporis. 228.f.
Animę rationalis vnio cum corpore in reſurrectione an ſit dicẽda naturalis. 200.m.
Anima non mouetur per accidens ad motũ ſolius manus. 778.f.
Anima Platonicis mobilis multitudo. 776.p.

## ANIMAL.

Animalia, quę artis induſtria gignuntur, pagina. 238.p.
In animali tres partes, quę imaginem quandam politiæ exhibent, cor, caput, iecur, pag. 662.f.
Animalia genita ex putri materia. 669.m.
Minuta & noxia animalia nõ ſunt in mundo ſuperflua. 356.p.
Animalia agunt propter finem. 358 m.
Animal quaſi ciuitas externo principe non eget, ſed à ſe ipſo mouetur & regitur, pag. 756. m. & 663.f.
Animalia bruta non pręcognoſcunt res futuras. 364.m.
Brutorum animantium inſtinctus. 365.m.

## APPETITVS.

Singulis rebus ineſt appetitus ad proprium finem, & perfectionem. 169.f.
Appetitus corporum ad impediendum vacuum. 506.f.
Appetitus materię. 269.p.
Appetitus veri inueniendi omnibus hominibus à natura ingenitus. 20.m.
Appetitus mutuę colligationis innatus corporibus. 507.m.

## APTITVDO.

Quęnam aptitudo ſit potentia obedientialis, pag. 201.f.
Vtrum in qualibet materia detur aptitudo ſiue habilitas ad quamuis formã recipiendã, pag. 200.m.

## AQVA.

Aquam qui omnium rerum principium fecere. 146.p.
Aquę calidę manum calefacientis actio cui attribuenda. 324.p.
Aquę ad natiuum frigus reuocatio cui agenti aſcribi debeat. 660.f.
Aquę ad ignem cur ima pars minùs caleat, pag. 677.p.
Aqua calida in vacuo reduceret ſe ad priſtinum frigus. 661.p.
Cur aqua ab igni remota non ſummè frigeſcat. 662.m.

Aquę guttulę cur ſe in rotundam figurã conglobare ſoleant. 507.m.
Archimedis ſphęra. 234.p.
Archytę columba lignea. 234.p.
Argentum viuum à quo moueatur. 760.m.

ARISTOTELES.

Ariſtotelis laus. 44.p.
Ariſtotelem cur dęmonium appellarint, ſicuti & Platonem diuinum. 45.p.
Ariſtoteles in Acroamaticis libris obſcurior, pag. 49.p.
Ariſtoteles diligentiſsimus ordinis obſeruator. 49.p.
Ariſtotelis in aſſerenda mundi ęternitate cõſtantia. 717.p.
Ariſtoteles accuſatus ob aſſertionẽ de ęternitate mũdi, & de vnitate primi principij. 716.f.
Ariſtoteles cur interdum veteres philoſophos incuſet, non tam eorum mentem quàm dicta perpendens. 145.p.
Probabile eſt cognitam Ariſtoteli creationẽ, pag. 713.f.
Probabile eſt cognouiſſe Ariſtotelem Deum vbique eſſe. 814.p.
Et eſſe extra cœlum. 817.p.
Ariſtotelis ſententia de immortalitate animę, pag. 413.p.
Ariſtoteles an cognouerit Deũ haberé potentiam infinitam intenſiuè. 822.f.
Ariſtoteles quid ſenſerit de numero intelligentiarum. 817.f.
Ariſtoteles quibus in rebus aſſeruit Deum naturę neceſsitate operari. 712.p.
Ponere generationes hominum ab ęterno & negare infinitum, nodus inextricabilis in doctrina Ariſtotelis. 432.p.
Ariſtoteles non percepit quopacto cum noua actione Dei creantis cohęreret immutabilitas diuinę naturę. 403.m. & 713.m.
Ariſtoteles rerum naturalium ſcientia omniũ calculis primas obtinuit. 45.p.
Ariſtoteli diuinarũ rerum intelligentia à pleriſque Plato anteponitur. 45.p.
Ariſtoteles ſenſum cõmunẽ ſtatuit in corde, pag. 678.f.
Quopacto negarit Ariſtoteles poſſe à Deo cõdi plures mũdos. 823.f.

ARS.

Ars vide ſcientia.
Artium varia genera. 241.m.
Ex artium inuentoribus mundi nouitas probatur. 721.p.
Artis & naturæ multiplex cõuenientia, & diſcrimen. 230. & 232.
Vtrum ars opera naturę per ſe moliri queat, pag. 233.f.
Artis quę ſumma laus. 231.p.
Quę fiunt arte, ſunt ob aliquẽ finem. 347.f.
Ars naturam imitatur. 231.p. & 237.f. & 141.f. & 479.m.
Ars ex natura multa effinxit. 231.p.
Sicuti natura eſt menſura artis; ita ars menſura artefactorum. 231.p.
Quo ſenſu dixit Ariſtoteles artem non deliberare. 232.p.
Artium quarundam inuenta à brutis homines accepere. 361.f.
Ars non efficit motum, ſed modificat, pag. 236.p.
Artis induſtria quędam animalia progigni, pag. 238.p.
Artium quarundam inuenta ſuperioribus ſeculis ignota. 238.m.
Ars chymica an verum aurum efficiat, pag. 236.m.
Ars Apellis. 231.m.

ARTEFACTVM.

An materia pertineat ad eſſentiã artefactorum. 175.m.
An artefacta ex ęquo ſignificent formam, & ſubiectum. 175.m.
Artefactorum formę nullam agendi vim habent. 233.m.
Conuenientia & diſcrimen inter arte facta, & naturalia. 213. & 232. p.
Artefactorum menſura ars, ſicuti artis natura. 231.p.
Artefactorum formę non educuntur de poteſtate materię. 209.f.
Artefacta quopacto moueantur. 236.p.

ASTROLOGIA, & aſtrologus.

Aſtrologia non eſt ſyncere Mathematica, pag. 244.p.
Magis tamen eſt Mathematica, quam Phyſica. Ibidem.
Aſtrologus quatenus cœleſtem motum ſpeculetur. 35.m.
Aſtronomicę imagines non habent vim edẽdi effecta, quę ipſis quidam attribuunt, pag. 236.p.

AVERROES.

Sententia Auerrois de ęternitate mundi. 323.f.
De libertate Dei in agendo. 731.f.
De auro alchymico. 373.p.
De vacuo in eo ſpatio, in quo nunc mundus continetur. 509.m.

AVICENNA.

Auicenna multis in rebus Ariſtotelicę doctrinę aduerſatur: vnde inter eum & Auerroem diſsidia. 170.p.
Reprehendit Ariſtotelem quod dixerit materiam appetere formam. ibidem.

Quod

Quod docuerit eſſe per ſe notum dari naturam. 215.m.
Quod cap.1. libri.7. huius operis falſa hypotheſi vſus fuerit. 655.p.
Finxit intelligentiam datricem formarum, pag. 204.p.
Exiſtimauit mundum fuiſse ex æternitate, pag. 723.f.
Poſuit infinitudinem animarum rationis participum. 430.f.
Credidit imaginatricem vim animæ agere primo in remota. 690.f.

AVSCVLTATIO.

Cur octo libri Phyſicorum dicantur auſcultationis phyſicę. 46.m.
De ordine & communi materia librorum Phyſicę auſcultationis. 47.f.
Cur in opere phyſicę auſcultationis à cauſis non ab effectis progrediendum ſibi eſse Ariſtoteles decreuit. 52.f.
Auſcultationis phyſicę diſciplina non inchoatur, vt quidam opinati ſunt, à libris de cœlo, pag. 47.f.
Auſcultationis Phyſicę libri continent communia principia, quibus tota Naturalis philoſophia innititur. 47.m.
Quę ſit materia, ſiue argumentum ſingulorũ librorũ Auſcultationis Phyſicę. 48.f.

BONVM.

Nihil appetitur niſi ſub aliqua ſpecie boni, pag. 337.p.
Relatio boni, appetibilis, & finis, quem ordinem ſeruent inter ſeſe. 335.m.
Bonum quanto cõmunius, tanto ad ipſum natura vehementiori conatu aſpirat. 511.f.
Bonum & finis vt conueniant, & differant, pag. 335.f.& 337.p.

BRVTA.

Brutis quibuſdam ineſt imitatio prudentię, & aliquarum virtutum vmbra. 364.p.
Brutis pugnacibus natura arma dedit, alijs pernicitate, & fuga, aut aſtu conſuluit. 352.f.
Brutorum ſolertia, & ingenium diuinam prouidentiam arguit. 351.p.
Brutis nonnulli rationem dederunt. 361.p.
Bruta an ſolum inſtinctu in fines ſuos tendãt, pag. 363.p.
Brutorum inſtinctus qui nam ſit. 366.m
Brutis non ſunt conſignatę ab ortu ſpecies, vt quidam putarunt. 366.f.
Bruta cœleſtium corporũ impreſsiones magna ex parte ſequuntur. 364.m.
Bruta quarundam futurarum rerum dant hominibus præſagia. 364.m.
Bruta varias artes hominibus indicarunt. pag. 361.f.
Num brutorum omnium phantaſia in vnã ſpeciem conueniat. 367.m.
Bruta non inſtigantur ſpeciali actione ab auctore naturę ad opera ſua molienda, vt quidam putarunt. 365.f.
Bruta cur proportionem mediorum ad finẽ non cognoſcunt. 368.f.

CASVS.

Quid ſit caſus & vt differat à fortuna. 252.f.
Caſus & fortuna in quibus rebus interueniant. pag. 251.p.& 253.m.
Caſus ad genus cauſę efficientis reducitur. pag. 254.p.
Caſum cur nonnulli ex antiquis philoſophis negarunt. 248.f.
Vide Fortuna.

CAVSA, ET CAVSALITAS.

Ex notitia effectorum, & ignoratione cauſarum orta eſt Philoſophia. 259.f.
Cauſa & principium quo differunt. 258.m.
Cauſam nullibi Ariſtoteles expreſse definijt. pag. 260.m.
Cauſę varię definitiones, quarum vna cęteris anteponitur, & explicatur. 260.m.
Cauſarum conſideratio ad quos artifices ſpectat. 212.f.
Cauſarum varię diuiſiones ab Ariſtotele traditę. 247.p.
Cauſa vniuoca, & ęquiuoca. 274.p.
Cauſarum genera quot ſint. 263.p.
Cauſa exemplaris vere ac proprie cauſa eſt, ac pręcipuę auctoritatis. 269 m.
Cauſa exemplaris directò, ac per ſe pertinet ad genus cauſę formalis. 270.f.
Quid ſit cauſalitas, ſeu modus cauſandi. 276.p.
Cauſalitates ſingularum cauſarum quę ſint. pag. 282.f.
Cauſalitas efficientis eſt actio. 278.m.
Cauſę eſſentialiter ſubordinatę qua lege agãt, pag. 299.f.
Vtrum omnis cauſa ſit effectu ſuo nobilior. pag. 271.f.
Semper cauſa ęquiuoca principalis eſt excellentior effectu. 274.m.
In cauſis eſſentialiter ſubordinatis non datur progreſſus infinitus. 769.p.
Quidquid habet cauſam efficientem habet finalem, & contra. 286.m.
Mutui officiorum nexus inter cauſas. 286.p.
Cauſę ſecundę Platonicis non tam ſunt cauſę, quam primę cauſę inſtrumenta. 301.f.
Cauſa prima plus influit in effectum quam ſecunda. 299.f.
Cauſa prima vtrum actionem ſecundę determinet, an contrà. 308.m.
Cauſa prima quo ſenſu dicatur prius attingere effectum, quam ſecunda. 304.m.
Cauſas ſecundas agere negarunt quidã. 393.p.